Preterea. potentia olfactiua est virtus organica. ergo diuersitas organor in respirantib⁹ z nō respirantib⁹ arguere videt diuersitatē specificam. Solutio. sic. Non obstante q q̄dam dixerūt respīratia nō eundē habere sensuz olfactus cum nō respirantib⁹. tamē contrarīū dicendum est. Cuius ratio est. qr odor est vnum aliquod actiuū in specie inferēs passionē oīibus olfacientib⁹. ergo odoratus ipsor est vnius rōnis z nature specifice quo ad odorum ꝓceptiuā potentiā. Cōsequentia patet. quia quorū cūq est vnū aliquod actiuū specie. ꝓpriam inferens passionē. hor potentie passiue sunt vnius speciei seu rationis Licet em̄ species sentientiū differant z inquantū vires sūt in aníalib⁹ specie distinctis. vt probat argumentuz pri mū. tamē in ratione potentie idētificantur inquantū ipsa potentia nata est ab obiecto pati. id⁹ em̄ actiuū z actuatiuū est omniū olfactuū. Et quia organū medietas q̄dam est contrarior sensibiliū. ideo substātialiter organū est in oīibus vnū. licet accidētaliter multipliciter variatū Et est due papille dicit Albertus in cōmento sup de anima ad modū papillaꝝ (que sunt in māmillis) in parte anteriori cerebri cōstitute. porrecte directe contra ossa trianularia nasi. z in q̄busdam sunt cooptе tenui pelle ne ledātur ex aere z vapore attracto. Nec habēt motū ex seipsis pelles ille. sed vento seu aere inspirato exufflante eleuantur. z tunc odores simul cuz aere venientes immutāt eas. Cuius signū est. q stricti ssimū habēres nasum ꝓpter clausuram foraminuz que p ossa triangularia ascendunt aut non odorant oīno aut valde paruz. In q̄busdam vero non sunt cooperte. Sicut em̄ inuenit differētia in aníalibus quo ad oculos. quia q̄dam nō habēt palpebras. q̄dam aūt habēt. sic est in olfacientibus quo ad coopercūlum papillaꝝ in q̄bus residet p cōtinuationē ad neruum obticū virtus olfactiua. ¶ Et p hoc patet solutio ad secundū. quia non est essentialis. sed accidētalis diuersitas non quo ad determinatā speciem aníalis. quia omnib⁹ regulariter indiuiduis certaꝝ speciem̄ ꝓuenit. sed quo ad totum genus aníalīū olfacientium

Secundum dubium

An respīratia z nō respirantia equaliter virtutez habeāt olfactiuā. ¶ Solutio. non respirantia meliorē habēt olfactum respīrātibus. Et inter respirantia quo ad olfactum est multiplex analogia. in cuius fere vltimo gradu videtur esse homo. exceptis quibusdā piscibus z animalibus marinis. Primū scz q in non respirantib⁹ sit olfactus vigorosior patet ex differētia visus z olfactus. quia licet cōueniant quo ad similitudinē illam que est habere velamina. quia scz habētia visum velatū non possunt videre nisi sublato velamine sicut habētia olfactum velatum olfacere nō possunt nisi velamine reuelato. tamē hoc habēt differētie. quia habētia oculos velatos lachrymabilib⁹ palpebris q̄bus oculi custodiunt. et disponunt ad debite videndum. melius videt non habētibus oculos palpebris velabiles. Habētia em̄ duros oculos et ꝑcipue aquatica nō bene sentiunt colores. Immo differētie medior colorum sunt eis ūmanifeste. excellentias aūt sentiunt q cuz terroze sunt. Nam excellētia visibilis cum terroze immutat oculū. ꝑcipue multū humidū humiditate aliena. eo q humiditas talis mouet z discurrit in oculo. z forsamia receptiua lucis vel altredinis diuaricat. et sic facit apparere monstruose formā visibilis Cui⁹ experimentū est in nobis Si em̄ hō indigesta humiditate discurrēte p oculum subito videat candele lumē. hoc lumen iudicabit magne cozuscationis vel incendij. z ꝓpter hoc terretur quo ad visum Nō habētia aūt olfactum velatū melius olfaciūt. qa habēt organū magis liberum ad quod est odoris liber ingressus. Unde organū olfactus in nō respīrātibus propter siccitatem vel paruitatē cerebri nō egest operculo nec est ita humidū naturaliter sicut in respirantib⁹. ergo respīrātibus meliorē habēt olfactum nō respīratia. Preterea. respīratia solum olfaciunt in aere. z nō in aqua. quia tamē est mediū diffusionis odorū. Et nō potest in respirantib⁹ potētia olfactus sine respiratiōe fieri in actu. Nō respīratia aūt in aere z in aqua olfaciūt. z sine respiratiōe

fit olfactus eoꝝ in actu. Verum quia inspiratio nō solum seruit ad apertionē. z ad derectionē papillaꝝ. sed etiā ad fortem odoꝝ attractionē. ideo etiam ex ea pte fm quid respirātia excedunt nō respirātia. Scōm patet. quia cuꝝ homo ꝓpter magnitudinē cerebri z humiditatez eius sit pessimi olfactus. ergo nō discernit minimas odoꝝ differentias sed magnas. z ita nō discernit odorabilia p odores sicut facūt multa aīalia. que res eiusdē speciei indiuiduales p odores discernunt. sicut canes q̄ discernūt vestigia vnius cerui a vestigijs alterius quez etiam sic insequentes inuenīūt. Discernūt etiā vestigiū vnius homis a vestigijs alterius. sicut patz in canibus q̄ inuenīūt furē. Hoc aūt multo melius inquit Albrus facerēt non respirantia aīalia si essent ita disciplinabilia sicut canes. Pauca ēm aut nulla aīmalia sanguinē nō habētia disciplinabilia sunt. Paucissimis ergo aquaticis exceptis. homo ē pessimi olfactus. Unde nō regulariter sunt oīa nō respirantia respirātibus melioris olfactus. sed frequēter. z g nō obstat. dictis aquaticis quibusdā paucissimis. homines esse melioris olfactus. Verū etiam est quoniā cū homo intellectualis nature ē. ideo sibi p ceteris ex ea parte conuenit de differentijs odoꝝ intēdere. cōparando eas ad inuicē. tamē simplr sensus olfactus nō est pfecte q̄tum ex parte organi in eo pfectus. nec tene odoꝝ discretiuus. Verū etiam quia odores liberius p aerem diffunduntur velut per medium aptius. Ideo ex ea pte pfectius olfaciunt respirātia. z ad hoc etiam confert fortis attractio odoris que fit p respirationem.

Tertium dubium est

Quomō odor diuersimode respicit ipm odorabile et fumalē euaporatōem. ¶ Solutio. cōuenienter z differēter Cōuenienter quia vtrūq; est odoris subiectum. Sz differēter quia odor in medio existēs habet fumalē euaporationē pro materia. z als non est in ipsa. neq; etiam est in ea pmanenter sicut in corpore odorabili. Preterea. in odorabili habet esse potētiale. sed actuale in fumali euaporatione. Item In odorabili habet esse tm materiale. Sed in fumali euaporatione ꝓpter subtilitatē eius habz esse q̄dammō etiam intētionale. z ideo fumalis euaporatio est odori quodāmō loco medij. z inquantū cū tali fumo deferk ad olfactū tēperat vel discrasiat olfactū diuersimode fm fumalis euaporatiōis diuersitatē. z cuz odor per talem fumalem euaporationem venit ad olfactū agit in ipsum inquantū habet esse in fumali euaporatione vt in medio. z non vt in subiecto.

Quartum dubium est.

Utrum nō respirantia sicut respirātia odoribus corrumpank. ¶ Et videtur q̄ nō. quia non possunt aīmalia corrupi odoribus fm eē formale. sed quātū ad esse materiale. quod est fumalis euaporatio que in aquis locum nō habz in qua sunt ea aīmalia que nō respirando olfaciunt. ¶ Solutio sic. vt dicit Albertus. quod ꝓbat experimēto. Nam sulphur in lacunis proiectum. odore interficit pisces. Occurrunt ēm eis odores in medio sine aeris vel aque attractione. eo q̄ instrumenta odoratus in eis discooperta sunt. ad que liberum habent ingressum per medium per quod est odoratus. ¶ Et ad argumentum dicendū. q̄ licet odores nō corrūpant nisi p esse materiale. maxime quod habēt in medio. tamē pisces et aīmalia nō respirantia in aquis odoribus materialiter acceptis ledi possunt. quia corpora que nata sunt odorem spirare per hoc q̄ sua materiali actione alterant aquā que ē medium diffusionis odorum quodāmodo sicut aer ledi potest. Et licet fumalis euaporatio pfectum esse nō habeat in aqua sicut in aere. vtiq; tamen habet esse vtiq; in aqua. quantū scz ad fieri. quādo saltem a fundo. aqua calore apprehēditur. Nō enim solum ab aque superficie fumus ascendit. Verū etiam a fundo aque penetrando ascendit vsq; ad aerem. z odores cum tali fumo venientes ad organa aīmaliū nō respirantiū interficiunt q̄ndo q̄ ea. Q̄ autem respirādo odorē materialiter acceptuz corrumpank probat Albertus experimēto. Naz a. fumo carbonuz capita grauedine opprimunk. eo q̄ grossius et siccus nimiū est talium vapor. Et hac de causa tēperank infusiōe vini z salis vt fumus per hoc subtilietur z humectetur ac p hoc minus ledat. Quando aūt sic nō temperātur carbonū fumi z facti sunt carbones de lignis viridib; grosse cōmixtis z terrestribus. tunc sepe interficit homines fumus eorum. p̄cipue si in arto loco maneat inclusus vt diffundi non possit nec euaporare. Et ex tali casu inquit Albertus nup in Colonia pauperes tres in quadam camera apud carbones mortui inuenti sunt. Siliter multi moriunk a sulphuris virtute. z virtute diuersoꝝ afflatuum sicut argenti viui qui spiritus ab alchimicis vocāt. z tales fugiunt aīmalia

Bijciet autem aliquis. Si omne corpus in infinita diuiditur. z passiones ergo sensibiles. puta color et sapor et odor z grauedo et frigiditas et calidum et leue et durum et molle.

¶ Iste est tractatus tercius z vltimus huius libri. In quo phs soluit tres dubitatōes de sensibilib; ex q̄b; antiqui occasionē erroris sumpserūt. Prima est de sensibilib; in se cōsideratis Scda est de eis ꝓut stz in motu ad sensuz Tercia est de eis fm q̄ tā in sensu existūt z actu sentiēdi pficiūt. Et fm hoc diuidit phs tractat⁹ in tria capla Secundū ibi (Obijciet aūt aliqs) Tercū ibi (Est aūt quedam obiectio alia) Primū capl̄m subdiuidit in tres ptes In pma mouet q̄stionē. In scda ad ptes obijcit. In tercia eā soluit Scda ibi (Aut impossibile) Tercia ibi (Dissolutōe aūt hoꝝ) Proponit g̃ pmo q̄stionē dicēs An ad diuisionē corpoꝝ sensibiliū diuidi possint in infinitū passiones sensibiles que sunt color. sapor. odor. grauedo. frigiditas. caliditas. leue. durum. et molle

Aut impossibile. actuū enim est vnūquodq; ipsoꝝ sensus. In eo ēm quod possunt mouere illum dicunt oīa. quare necessarium sensum in infinita diuidi z omnē magnitudinē eē sensibilem. Impossibile ēm album quidē videre. non aūt quantū. Si ēm non sic. vtiq; cōtinget aliquod corpus nullū habens colorē neq; grauedinē neq; talē aliā passionez. q̄re nec oīno sensibile. hec ēm sensibilia sunt Sensibile igit erit cōpositū nec ex sensibilib;. Sz necē nō solū ex mathematicis. Amplius cui adiudicabim⁹ ħ. aut ꝓgnoscemus. nisi intellectui. sz non intelli-

gibilia. Nec em̄ intelligit intellectus que exte/
rius nisi cū sensu. Sed si hec habēt sic videt te
stificari illis qui indiuisibiles faciūt magnitu/
dines. Sic q̄dem vtiq; soluetur sermo sed hoc
impossibile. dictum est enim prius in sermoni/
bus qui sunt de motu.

¶ In hac scda pte capli arguit ad ptes huius questōis
Et p̄mo ad partē negatiuā. scdo ad affirmatiuā. Ad par
tem negatiuā arguit tali rōne. Nam si q̄litas sensibilis di
uideret in infinitū sequeret q̄ sensus t ipm sentire diuide
ret in infinitū, sequeret etiam oēm magnitudinē ee sen/
sibilē. Sed hoz vtrunq; falsum est t impossibile. g̃ qua/
litas sensibilis nō potest in infinitū diuidi. Maioz p̄o/
bat q̄ ad p̄mā partē. qz vnūquodq; ꝓpriū sensibiliū est
actiuū in ꝓpriū sensum. In hoc em̄ ꝓsistit rō sensibilis ꝓ/
prij vt possit mouere sensum. et omia q̄ sensibilia sunt eo
dicunt sensibilia. qz p̄nt mouere sensum. Quo ad scdam
partē sic ꝓbat. qz impossibile est videre albū t nō quantū
Minoz pz. qz minimū in qō p̄t diuidi albū impossibile ē
videre. t ita non p̄t oīs magnitudo q̄ntūcunq; parua
sensibilis ee. t p ꝓns virtus sentiēdi t sentire nō diuidun
tur in infinitū. ¶ In oppositū t ꝓ pte affirmatiua arguit
ꝓbs tali rōne. Si q̄litas sensibilis nō diuideret in infini/
tum. sequeret q̄ erit dabile aliquod corpus carēs oīmi q̄/
litate sensibili qō scz nec habebit colorē nec graue dinē ne
q̄ aliquā sil̄em passionē tc. t ita p diuisionē dere
linquent corpa oīno insensibilia. qō est inconueniens. g̃ p̄t
in infinitū diuidi q̄litas sensibilis ad diuisionē corpis in q̄
est t subiectat. Maioz nota est. qz post q̄ steterit diuisi
sensibiliū q̄litatū corpus in q̄ subiectat adhuc erit diuisibi
le in ptes q̄ erūt corpa. Sed minorē ꝓbat ꝓbus dupl̄r.
ducēdo ad duplex inconueniens. Primū est. qz cum eadez
sint ꝓncipia cōstitutionis t resolutionis corpus sensibile
essz ex insensibilibꝫ cōpositū t ex mathematicis qō falsuz
est. ex nihilo em̄ nihil fit. t ita ex non sensibili simpl̄r. nō p̄t
fieri sensibile. Nec ex mathematicis fieri possunt. q̄a ma/
thematica nō sunt ꝓncipia corpoz sensibiliū. Secūdum
inconuenies est q̄ hmōi insensibilia nō possunt a nobis cog
nosci. qz nō sensu cum sint insensibilia. nec intelligibilia. qz
nihil intelligit intellectus quod exterius sensu nō appre/
hendit. Nec valet ad soluendū dictam dubitatōnem q̄
dicit vt q̄dam q̄ scz oīmia sensibilia ex indiuisibilibꝫ ꝓpo/
m dixerūt t magnitudines ee indiuisibiles. hoc ee falsuz
oīnsum est supius in p̄mo nibꝫ de diuisiōe motꝰ. s. vi. phȳsi.

De solutōe aūt eoz simul erit manifestū. Et
q̄re terminate spēs coloz t sapozum t sonoz et
alioz sensibiliū. Quoz q̄dem em̄ si sunt vltima
necesse terminata esse q̄ intus. ꝓtraria autē vlti
ma Oīne em̄ sensibile hz cōtrarietatez. velut in
colore album t nigrū In sapoꝛibꝫ dulce t ama
rū. et in aliꝫ vtiq; oīmibus. vltima sunt que cō
traria. Continuū quidē igit̄ ad infinita diuidi
tur inequalia. ad equalia vero finita. quod autē
nō p̄m se continuū in species finitas. Oīm ergo
passiones q̄dem vt spēs dicendū. existūt aūt in
cōtinuitate et in his sumendū. qz quod poten/
tia t quod actu aliud Et ꝓpter hoc decimū mil
lesimū milij latet vilium cuius vlus supueniat
et q̄ in diasi sonus latet. cuius cōtinuus existēs
audit oīmis cantus. distātia vero interexisten/
tis ad vltima latet. Similiter aūt t in aliꝫ sen
sibiliꝫ parua oīno. potētia nanq; visibilia ip/
sa. actu autē non. nisi quādo sepauerint. Et em̄
inest potētia que pedalis bipedi. actu ita q; diui
sa Separate aūt tante supabundātie rōnabili
ter vtiq; resoluunt in cōtinētia. velut minimus
sapoz mari infusus. q̄nimo q̄m̄ neq; sensus sup
abūdantia p̄m ipam sensibilis nec separata Po
tentia em̄ inest certioꝛi supabūdantia. Nec tm̄
sensibile separatū erit actu sentiri. sed tñ erit sen
sibile. Potētia em̄ est. t actu erit adueniens Qꝛ
q̄dē igit̄ q̄dā magnitudines t passiones latēt. t
ꝓpter quā cām. t quō sensibilia. t quō nō dictū
est Cuq; aūt vtiq; inexistētia sic quāta q̄dā sint
vt actu sensibilia sint. t nō solū qō in toto sed et
seoꝛsum finita necesse est p̄m aliquē numeruz et
colozes t sapozes t sonos esse

¶ In hac tercia pte soluit ꝓbs dictā dubitatiōem dicēs
q̄ dubitatōem dictam soluēdo simul manifestabit q̄ fini/
te t terminate sint spēs q̄litatū sensibiliū scz coloz. sapoꝛ
sonoꝛ t alioꝛ sensibiliū. Anteq; ergo dictā dubitationez
soluat Primo oñdit q̄litates sensibiles nō diuidi in infini
tū q̄ ad ptes subiectas q̄ st̄ spēs earꝫ t ptes p̄m formaz.
Et h̄ tali rōe. qz q̄litates sensibiles saltē vni⁹ gñis adin/
uicē ꝛriant. oīne em̄ sensibile hz ꝛriū. In ꝛrietate aūt inue
nim̄t duo extrema vltima. q̄ necē est ee termiata. g̃ extre
ma sensibiliū q̄litatuz ꝛriaꝝ st̄ finita qz duo. Et qz inter
duo extrema fit motꝰ finit⁹. oꝛ media p q̄ est motꝰ eē
finita. t sic ertiā erūt finita media inter duo sensibilia ꝛria
bilū soluit dictā dubitatōem dicēs in effectu q̄litatū sensi/
biles finitas esse q̄ ad ptes integrales t q̄ntitatiuas in
q̄s p accēs diuidunt ad diuisionē corpoꝛ in q̄bus sunt.
Pro q̄ supponit tria. Primū est q̄ dcm est. iij. phȳsicoꝝ
de infinito videlz q̄ q̄n cōtinuū diuidit p ineq̄lia. tūc diui
sione tali fit ꝓcessus in infinitū vt ꝺz aliq̄d diuidi in duo
et medietas iterū in duo. t sic de aliꝫ ꝓinter. Si aūt diui
dat in q̄cunq; eq̄lia vt in tres tercias. t in tres q̄rtas. tc.
vel in alia eq̄lia. Illa absq; dubio mesurabūt totū. t ta/
lis diuisio stabit. Scdm suppositū est. Qō p̄m seipm non
est cōtinuū. hoc nō diuidit diuisione cōtinui nisi p accēs.
sed in species opositas. et ergo non diuidunt qualita
tes sensibiles ad diuisionem cōtinui. sed solum in partes
subiectiuas p accidens. ergo solum ad diuisionē cōtinui
diuidunt in quo sunt. Terciuz supositum est q̄ aliud est
sensibile potentia aliud actu. Quod declarat ꝓbus per
exepla. Primo de visu Nam decimamillesima pars milij
milij scdo declarat hoc de auditu. Nā soni minima ps et
ma cōmatis (existēs illud quo semitoniū maius excedit
semitoniū minus) ꝺz actu inaudibilis. cuius oīs. hoc est

totus cantus qu diaſ. cuius diaſis ps est. z ita totū sensi/
bile est actu. sed dēstātia tm minimaꝝ partiū medij qō in
tercst latet. z est insensibilis ſm actuz. Et silr̄ dōm ē de
sensibilib⁹ alijs alioꝝ sensuū. qz in oibus qua sunt potētia
sensibilia z nō actu sicut bipedale inest potentia in pedali.

Albtus aūt aliter textū exponēdo ꝓbat hꝫ p locū a mi
nori dicēs. q gressibile qō p definitōem ꝙuenit homī qñ/
qꝫ potētia z virtute inest bipedi z nō actu. q̄ id qō est po
tētia sensibile p̄ fieri in actu sensibile. Qñ em̄ abūdantie
et excellētie sensibiliū sepaṙ. tūc resoluunt̄ in cōtingentia
que stꝫ virtute tm̄ sensibilia z non actu. sicut rheumon se/
paraṫ z diuidit̄ subtilissimus nari infusus. q̄ etiā diuidit̄
in ea q̄ tm̄ potētia stꝫ odorabilia. Vel vt cōiter dici solz
ſm ꝓba text⁹. put in exēplarib⁹ modernis hēm⁹ sic. s. Qñ
abūdātie z excellētie sensibiliū diuidū̄. resoluū̄ in ꝓtinē/
tia sic̄ minim⁹ sapoꝝ infusus mari Vñ cū abūdātia ipsi⁹
sensibil' actu nō sit separata tūc sentiṫ sensibile. et q̄diu p di/
uisionē sensibil' manet ptes p diuisionē derelicte sup abū/
dātes ad mouendū sensum. tādiu p̄t esse actu sensibiles
sed q̄n diuidunt̄ in ptes mīmas actu nō hūtes abūdan/
tiā mouēdi sensum. tūc stꝫ potētia solū sensibiles z non ac
tu. Ex q̄bus sic suppositis ꝙcludit ph⁹s ꝓncipale ꝓpositū
et solutōem dubij. s. q̄ q̄dā magnitudines z passiōes seu
sensibiles q̄litates latent ꝓter paruitatē tā q̄ actu insen
sibiles. sensibiles tm̄ potētia. Quapropter q̄litates actu
sensibiles nō possunt diuidi in infinituz. sed sunt numero
determinate. vt determiate stꝫ ptes coloris sapoꝝ z so/
ni. Sed potētia sensibiles q̄litates. diuisibiles sunt ad di
uisionē magnitudinis rerū naturaliū. z non sunt numero
determiate. Sensus igit̄ z sentire determiata sunt ſm ea
que actu stꝫ sensibilia. z nihilomin⁹ q̄litates sensibiles stꝫ
diuisibiles ad diuisionē coꝝ sensibiliū in quib⁹ stꝫ. Et
nō diuidunt̄ in insensibilia simpliciter. actu et potētia.
sed actu tm̄. que tamen sunt potentia sensibilia. et in q̄n/
tum potentia sensibilia. a nobis cognoscibilia sunt primo
sensu. z ex cōsequenti intellectu

Incidūt dubia. Primū

Vtrū q̄litas sensibilis sit diuisibilis. ¶ Et videt q non.
quia est simplex forma que diuidi nō potest Preterea.
quāta nō est. ergo non est diuisibilis. nihil em̄ diuidit̄ ni/
si quantū ¶ Solutio. sic. dupliciṫ. sez p se in ptes subiecti/
uas. z in ptes integrales p accidens ad diuisionē subiec
ti cui inest. Omnis em̄ sensibilis q̄litas q̄ est terminus al/
terationis est nata intēdi et remitti exte⁹sione quātitatis
ꝓter intensionē p radicatōem eius in subiecto Ad rō
nes Ad primā dōm. q licet nō sit diuisibilis p se in par/
tes quātitatiuas et integrales. vtiqꝫ tm̄ p accidens diui/
di etiam potest in partes essentiales z definitiuas. vt di/
ctū est. Non em̄ oꝝ sensibilis q̄litas quasi ꝑticulariter ac
cepta que diuidit̄ in partes subiectiuas sed vlter accep/
ta ¶ Ad secūdam patet solutio ex dictis. quia est p accīs
quanta et per accidens diuisibilis.

Secundum dubium est

Vtrum sit diuisibilis in infinitū. ¶ Et videt q sic. quia
p accidens est quāta. ergo diuidi ꝑt per accidens in infi
nitū. ¶ Solutio. non. Nec quo ad ptes subiectiuas. nec
quo ad ptes integrales. Nō quantū ad ptes subiectias.
qz ille solū sunt determinate. vt ꝑz inductiue de sensibili/
bus q̄litatib⁹ omnū sensuū tam vīsus q̄ auditus z alio
rum sensuū. Et hoc quidē verū est si loquamur de parti
bus que accipiunt̄ ſm debitā ꝓportionē. vt supra dictuz
est. z que sunt determinate spēi ab extremis. qz alīs inter
cōtraria possent accipi infinite ptes ſm potētiam. nō so/
lū ex pte spacij qō est in genere quātitatis et est quātitas
in mobili. sed quantū ad intensionē forme que formaliṫ
in motu fluit. Nec etiā quantū ad ptes integrales quas
hz p accīs. qz in illis ptibus q̄litas sensibilis finitatē ha/
bet z infinitatez ſm exigentiā subiecti seu rei naturalis in
qua est. Res aut̄ naturalis finita est. z tō nō p̄t diuidi in
infinitas ptes eiusdē quātitatis. In ptes aūt eiusdē pro
portionis diuidi p̄t res naturalis z q̄litas sensibilis in ea
existēs in infinitū sub rōne coꝝpis mathematici. z sub rō/
ne phȳsica z generica. put nō est p spēm determiata. cuz
q̄litas sensibilis nō est in coꝝpoꝝib⁹ put sunt ꝙsideratio/
nes mathematice sed phȳsice. Ideo ad diuisionē coꝝpoꝝ
ſm rōem mathematicā non p̄t q̄litas sensibilis diuidi in
infinitū seu in infinitas ptes. Verum qz q̄litas sensibilis
non cōsequitur rem naturalē ſm q p spēm determiata est.
sicut ꝓprietates sequētes spēm. Ideo videt velle Albtus
q possit q̄litas sensibilis in ptes infinitas diuidi ſm po/
tentiā. nō solū nobis z quo ad nos sed simpliciṫr. Sicut ex/
presse habet Arestoteles sexto phȳsicoꝝ. q loquens de al
teratione que est ad q̄litates sensibiles dicit q in alterati
one aīl oīne alteran est alteratū esse in cōmuni. z nō est da
bilis ꝑua alteratiōis pars. Licet ergo q̄litas sensibil' nō
possit in infinitū diuidi. put est in aliqua re naturali deter
minata p spēm. tm̄ rōe sui subiecti cōis. phȳsice accepti p̄t
diuidi in infinitū in ptes eiusdē ꝓportionis. q̄ tm̄ oēs p di
uisionē accepte nō sunt actu sensibiles sed potētia vel ac
tu. Si aūt ꝙtrariū dicaṫ sequeṫ q fieret ex nō sensibilib⁹
actu z potentia aliqd̄ sensibile. z ita aliq̄d fieret ex nihilo
qō falsum est z impossibile. Nō g̃ videt dicendū sicut q/
dam aiūt hunc textū exponentes. q q̄litas sensibilis non
possit in infinitū diuidi in ptes eiusdez ꝓportionis. Nam
deṫ ps indiuisibilis. si ergo diuidatur coꝝpus in quo est z
manet ps q̄litatis indiuisibilis tūc sensibile erit cōposituz
ex mathematicis qō est platonizare. z p ꝓns illa ps indi
uisibilis essꝫ integraliter ex partib⁹ coꝝpis insensibilibus
actu z potentia. Nam mathematica nec actu nec poten
tia sunt sensibilia vt hmōi. Si aūt diuidaṫ ergo nō est in/
diuisibilis. ¶ Aduertendū tamē q nō solum est diuisibi
lis in infinitū modo nunc dicto sensibilis qualitas ſm q
est q̄nta p accīs exte⁹siue. sz etiā q est q̄nta inte⁹siue. eo sic/
dē mō est diuisibil' sicut q̄nta Sed ꝝ. potētia sensitiua
et actꝰ ꝓportionaṁ obiectis q̄ stꝫ sensibiles q̄litates. sz po
tētie stꝫ determiate. ꝙsequunt̄ em̄ specificā formā Solo.
potētie ꝓportionaṁ obiectis ſm q stꝫ in actu. et ita stꝫ p/
tes q̄litatis actu sensibiles. etiā actu determiate sic̄ pone

Tertium dubium est

Vtrū ptes q̄litatis sensibil' sint ꝑus sensibiles q̄ tota q̄li/
tas ¶ Et videt q sic. qz totū hz eē ex ptib⁹. tota q̄ sensibi
lis q̄litas erit solū sensibilis p ptes ¶ Solo. nō. Cui⁹ rō
est. qz ptes in toto hñt eē in potētia. q̄n aūt separaṁ accipi/
unt eē actu. z cū nihil sentiṫ nisi in actu. tō ptes sensibilis
nō ꝑus sentiunt̄ toto. sed totū p se sentiṫ. z ptes p ꝓns in/
q̄ntū sunt in toto z sub actu totius. Ex quo patz falsitas
dicti q̄rundā mathematicoꝝ dicentiū. q nullum totū si/
mul videaṫ. sed q vīsus currat p ptes ipius visibilis qua
si videre esset cōtinuū sicut z moueri. Occipiunt̄ em̄ illi

q; ptes ꝓtinui visibilis nō sunt actu visibiles. sed solū po tētia. Vñ visus vtiť q̄dāmodo toto visibili tanꝯ q̄dam indiuisibili in suo gñe. nō quidē vt indiuisibili simplr. ſz vt potētia est diuisibile. actu indiuisum. Verum tñ ꝓtingit visum vti ptib; visibilis indiuisi. q̄si esset diuisuꝫ. sicut dī sigillatim inspicit vnā ptem post aliā. sed tñ sic nō ꝓcedit vsqꝯ ad q̄scūqꝯ mīmas ptes. q; ſtꝫ dabiles adeo q̄b; mīores videri nō pñt. Ille tñ mīores dabiles ſtꝫ potē tia visibiles. licet nō actu. ¶ Ad rōem dōm. q; licet qualitas sensibilis tota accipiat ee ex ptib;. nō tñ vt actu sensibilib;. sed solū potētia. vt dcm est. Vñ vt potētialiter est in q̄libet pte sensibili. nō est totū sensibile. Sed p actū ꝓ; ꝓiū. quē nō hz ex ptib; seoꝛsum sumptis. sed sil'sumptꝫ et vnitis. q̄ nihil aliud ſtꝫ q̄ totū integrū ſm esse integri vt hmōi acceptū. q; totū ꝓt habere ee in actu p spēalem foꝛ mā p quā distinguiť a ptib; sil'collectis. Etiā distinguiť a ptib; sil'sumptis. ſz non vnitis. z q; vt sic est sensibile in actu. quia vt sic diuisuꝫ. ideo ptes tam simul sumpte q̄ se oꝛsum sumpte sentiunť p ꝓns scz rōne totius

Obijciet ātꝫ vtiqꝫ aliqs Aut pueniūt sensibi lia vel motus q̄ a sensibilib; q̄litercūqꝫ fiat sen sus cum operenť in mediū ꝓmo. quēadmoduꝫ odoꝛ videť facere z sonus. Propius em̄ prius sentit aliq̄d odorē. z sonus posterius ictu. Ve nit ne ergo ita z visibile z lumē. Quēadmoduꝫ et Empedocles ōt attingere ꝓpius qđ a sole lu men ad mediū prius q̄ ad visum aut ad terram Putabiť aūt vtiqꝫ hoc ratōnabiliter accidere. Motū em̄ videť ab aliquo in aliud. Quare ne cesse est quoddā tēpus esse in quo mouetur ab altero in alterū. Tēpus autem omne diuisibile quare erat quādo videbatur: sed adhuc fereba tur radius in medio

¶ Istud est scōm capm. In quo pbs soluit scōam que stionē que ptinet ad immutatōem sensus a sensibili. Et diuidiť in duas ptes. In ꝓma pte mouet questionē. In scōa eam soluit. Scōa ibi (Vel circa sonū quidem.) Pri ma pars subdiuidiť in duas ꝓticulas. In ꝓma mouet q̄ stionem. In secūda remouet quandā falsam obiectionez. Scōa ibi (Etsi oīe simul audit. Quantū ad primā p ticulā, mouet hanc questionē. An oīa sensibilia quantū ad motū quo immutāt sensum q̄eniāt ad sensum subi ro vel successiue. Ita q; ꝓus immutāt mediū q̄ sensum. Quēadmodū odoꝛ z sonus que sunt sensibilia olfactus et auditus successiue veniunt ad sensum auditus z olfa ctus. Prius em̄ odoꝛ de ꝓpinquo sentitur q̄ de remotis. Sonus etiam posterius venit ad auditu; q̄ fiat ꝓcussio causans sonū. Dubiū ergo z difficultas solū stat in hoc. An visibile z lumē ꝓus immutēt mediū; q̄ visum sicut videť dixisse Empedocles q̄ posuit q; lume solis ꝓus ꝓ ueniat ad mediū q̄ ad visum. z ꝓus ad visum q̄ ad ter ram. plus distantē a sole q̄ visus. Et p pte affirmatiua quesiti arguit pbs tali rōne. Visibile venit ad visuꝫ me diāte motu q̄ est de termio a q̄ in terminū ad quē. g̃ necē est esse quoddā tēpus in quo mouet de termino a quo in terminū ad quē. Tempus aūt oīe est diuisibile. z est di uisio talis in tpe qualis est in spacio. si eq̄li velocitate mo bile moueat. z ideo minus spaciū citius z prius ꝓtransit q̄ maius. et sic in ꝓma pte tpis est in ꝓma parte spacij. et ꝓius in medio q̄ in fine. Cū ergo radius z lumē seu vi sibile p mediū veniant ad visum. iō q̄ nondū venerūt ad visum ꝓus fuerunt z mouebanť in spacio medio.

Odor z sonus veniunt successiue ad sensum

Z musica

argumentum

Etsi omne sil'audit z audiuit z oīno sentit et sensit et, non est generatio eorum. sed sunt abs q; fieri. tamen nihil minus quēadmodū sonus iam facto ictu nondū apud auditum. Manife stat aūt hoc z litteraꝝ trāsfiguratio quēadmo dū facta latione in medio. Non em̄ dictū vidē tur audiuisse q; trāsfiguraťaer delatus. Sic er go et color z lumē Non em̄ in eo q̄d q̄iocunqꝫ habet hoc q̄dem videt. hoc vero videť quēad modū equalia sunt. Nullum em̄ optet allicu bi vtrunqꝫ esse. equalib; enim factis nō differt vel prope vel longe ad inuicem esse

¶ Hic ꝓnter pbus remouet quandā obiectiōem dicēs q; si aliquis dicat q; tota forma sensibilis simul veniat ad sensum et non pars eius vna ꝓmo z postea alia. totus em̄ sonus simul auditur z nō per partes et sonū hunc totuꝫ simul audit z audiuit. z vniuersaliť totum sensibile in q̄ libet sensu simul accipiť. ita q; simul sensus quilibet sentit et sensit. Hoc nō impedit dictā rōnem Nec refert qualia de tota forma sensibili queriť quomō veniat ad sensum. Licet em̄ sensibiliter non sit successiua generatio sensibi lis qualitatis in sensu ſm esse quod habet in sensu p spēm et intentionem. quia scz sic est absq; fieri successiuo et tota forma sensibilis est simul in ipo sensu. tamē qualitas sensi bilis venit ad sensum successiue p medium. licet totū sen sibile simul moueat. Sicut patet de sono veniente ad au ditum successiue quādo iam p aliquod tēpus factus fuit ictus ꝓmi pcutientis. Probat etiā z manifestat hec figu ra litteraꝝ que fit in aere moto localiter. Nā voꝛ litteraꝝ ta dū z lō ge dicta non stat im auditur. q̄n oꝛ. Sed iō so nus totus successiue venit ad auditū. q̄m aer in quo ē so go etiā sic erit de lumie z coloꝛe dicendū q; scz veniāt suc cessiue ad visum. Quod cōfirmat. q; licet visus z visibi le sint relatiua. nō tamē talia qualia relatiua sunt equalia Equalia em̄ sunt eq̄lia z ad inuicē eq̄liter referunť relatō ne equalitatis ex quacunqꝫ distātia. sed sic non est de visu et visibili. Visus em̄ nō videt quod cūqꝫ visibile. z visibi le non videtur actualiter semp a visu. vt sic actu ad inuicez nisi ex cem referantur. quia non referuntur sic ad inuicez nisi ex determinata distantia visus z visibilis.

Vel circa sonū quidē z odorez hoc accidere rōnabile. quēadmodū enim aer z aq̄ cōtinua q̄ dem. partibiles autē amboꝝ motus. ꝓpter q̄d et est quidē vt idez audierat ꝓmus z extremus et odoret. est aūt qūo nō Videť aūt q̄busdā eē obiectio z de his. Impossibile enim dicūt qui dā alium p alium idem audire z videre z odo rare. non enim possibile esse multos et seoꝛsum existentes audire et odorare. Intercipiens em̄ ipsum ipsius esse vel mouens ꝓmū puta cōta

De sensibilibus prout sunt in motu ad sensum

num vel thus vel ignē eundē et vnum numero sentiūt oēs. Id aūt quod iā proprīū alterū numero. specie aūt idem. quare simul multi vidēt et odorāt z audiūt. Sunt autē neqz corpa hec. sed passior motus quidā. Nō em̄ vtiqz hoc accideret. neqz sine corpe. De lumīe aūt alia est rō Per inesse em̄ aliqd lumē est. sed nō motus aliqd. Dīno aūt nec silr in alteratione se hz z latione. Lationes nāqz rōnabiliter in medio pus attingūt. Videt aūt sonus esse lati cuiusdaz motus. Quecūqz vero alterant nō adhuc silr. contingit em̄ silr totū alterari. z nō dimidiū prius. velut aquā silr oēm coagulari. Attn̄ si fuerit multū qđ calefit aut coagulat. habitū ab habito patit. Primū aūt aut ipo faciēte trāsmutari necesse est silr alterari z subito. Essz aūt vtiqz z gustare quēadmodū odorari si in humido essem⁹ et remoti⁹ añ tāgere ipm sentirem⁹. Rōnabilit aūt quoz est intermediū sensitiuū non silr oīe pati nisi in lumine. ppter pdicta. ppter hoc autē z dicimus videre. Lumen autem facit videre.

¶ In hac scda pte pncipali ponit. p. verā solutionē dicte dubitatōis. Et in effectu solo stat in hoc q oīa sensibilia q sentiunt p medīū extrinsecū pus imutāt medīū q̄ sensum excepto sensibili sensus visus. s. lumīe z colore seu visibili. Et p euidētia hui⁹ solutōis ponit. p. duas dzās lumīs z visibil ad q̄litates sensibiles ipius audit⁹ z olfactus scz odores z sonos. Prima ē q rōnabile est h accidere circa sonū z odorē. s. q successiue veniāt ad sensuz suū qz aer z aq̄ q̄ sunt media soni z odoris. hz ptinuitatē habeant a pmo sonāte z odorem spirāte vsq ad sensum. tn̄ in eis fit motus successiui fm ptes suas fm q p aerem et aquā odor z son⁹ diffundunt quēadmodū fit in motu piectōis de q dcm est. viij. physicoz q sint multi mot⁹ sibi succedētes. ppter diuersitatē ptiū medīj sup se inuicē dantiū et sicut in motu piectōis idē ē piectū qđ diuersis motibus successiue mouet ita cū son⁹ z odor sic q̄dāmō veniāt successiue p medīū videt q̄dāmō idē son⁹ quē audit stans propinqu⁹ iuxta pmū sonās z q extrem⁹ est z distātior. et q̄dāmō nō idē. z silr videt idē odor quē pcipit propinquor odorabili et distātior. z q̄dāmō nō idē. Quo aūt sit idē son⁹ a diuersis sic au ditus et quomō nō idem. z silr quo odor idē z nō idē declarat pñr. p. dicēs q qbusdā videt impossibile q idē nūero sensibile p aliā z aliā ptē medij. audiat. videat. vl odoret. Quia forma sensibil ē q̄ddā hz in medio. Dis aūt forma diuersificat fm diuersitatē ei⁹ in q̄ ē. Cum igit diuerse ptes medij sint diuersa subiecta nō pt idē fm idē ee in diuersis ptib⁹ medij. Et ita nō pt idē sonus ferri ad aures diuersoz. z idē odor ad olfactū diuersoz. etiā silr q̄dāmō distantiū. Nec est silr de piecto. qz p iectū idē manet. qz nō hz esse formale in medio sicut son⁹ et odor. Licet g̃ moues pmū scz sonās vel odorabile. scz cotanū vel thus sit idē numero. intercipit tn̄ in medio z diuersificat statim z multiplicat. Et silr lumē sic diuidit fm ptes ab imuicē diuisas. Et sic pcipit a diuersis sentientib⁹ idē sensibile spē. sed nō numero. z ita est idē spē z nō idē numero Nō em̄ hmōi forme sensibiles sunt corpa sicut piectū. sed passiones z motōes formales pmoz sensibiliū. z hoc esse nō habēt sine corpe. neqz idē esse in diuersis corpibus. Sic g̃ nō pting silr z subito audire z olfacere sed successiue. Sed sonus z odor in medio sunt añ q̄ in sensu. z pus in vna pte medij q̄ in alia. De lumīe aūt et visibili est alia rō. In eo em̄ q aliqđ aliud est. lumen est nō quidē q sit relatiuū. sed est ad aliqd p eo. qz sp est alicui⁹. s. mot⁹ localis lumīosi corpis z illi⁹ finē pseqtur illuminatio pspicui subito. z ita lumē diffundit in instāti. et ē alteratio subitanea q̄ silr est cū mutato ee motus local⁹ corpis lucidi. Scda dzña sumit ex diuersitate motus local⁹ ad motū alteratōis z vnius alteratōnis ad aliā. Vñ ōt q nō est silr de alteratōe z motu locali q̄ ad esse successiuū. Quod pbat. qz oīs motus localis est successiuus z pus mobile est in vna pte medij q̄ in alia. z ita cū sonus fit cū motu locali z est alicuius local⁹ motus scz aeris. ideo diffusio eius neqt esse instāntanea. Sic aūt nō est in alteratōne q̄libet. Cōtingit em̄ silr totū mobile alterari. z non dimidiū pus vel vnā ptem añ aliā sicut pting it totaz aquā silr cōgelari seu coagulari. Et silr dici posset q pting eret alicui qđ fm se totū silr calefieri vt qñ multuz de aq̄ silr coagulat vel calefit. tūc em̄ vnū habitū trāsmutat ab altero. hoc ē vna ps magna seu multa coagulata vel calefacta silr coagulat ab altera sibi pxima q̄ se hz ad aliā sicut qđā habitū. Et qz pma ps alterata est tota silr sine successione ptiū suaz. ideo ps tota silr subiecto alterata est. Nō est tn̄ necessariū oīa silr alterari z subito qz nō oīs alteratio facta ē a fine motus alicui⁹ z nō ab ipo motu. Si em̄ subito fieret oīs alteratio. tūc etiā gustatio siue gustabil diffusio in humido lingue esset silr. z odoris diffusio in medio in humido aeris z aq̄ qđ falsum est. qa in istis medijs sentim⁹ odores z sapores pus in eo qđ remoti⁹ est alibi añ q̄ tangamus ipm in sensu. qz pus pcipit ppe stās q̄ stans longe. z g̃ qñ lōge stamus deph̃endimus signo sensibili forma sensibilis pus esse in ppinquo q̄ in remoto. Cōcludit g̃ ex oīb⁹ hīs. p. q rōnabile ē dicere sensibilia q̄ imutāt sensum p medīū extrinsecū in q̄ hñt aliqđ esse. nō silr totū fine successione ptiū esse in medio. z in sensu. pter lumē z q̄litates visibiles. scz colores. que tamē non agunt in medīū z sensum nisi ratione luminis. z ita rōe luminis subito imutant. lumen em̄ facit videre colores

Incidūt dubia. Primū

Quid mouit Empedoclem ad dicendū visibile prius esse in medio q̄. in sensu. et prius in parte medij q̄ in toto. ¶ Solutio. quia dixit lumen et radiū luminis esse corpus. Oīe aūt corpus mouet in tempore. vt pbatum est sexto physicoz. Et quod in tēpore mouetur talez habet diuisionē in tpe qualē in spacio si eque velociter moueat. et tō ad minus spaciū quenit citius. z ad maius tardi⁹.

Secundum dubium est

Quare non mouet pbus difficultatem de sensibilibus sensus tactus. z gustus. sicut de sensibilibus aliorū triū sensuum. ¶ Solutio. quia sensus gustus et tactus sentiunt per medium intrinsecum. et ideo de sensibilibus illorum sensuum nō est difficultas. quia simul sunt in medio et sensu. Sed alij tres sensus sentiunt sua sensibilia per medium extrinsecum. z ideo de illis difficultas est. et maxime de qualitatibus visibilibus.

¶ Sed ꝓtra. ꝺr in fine textus q̄ sapores sicut odores diffunduntꝫ p mediū successiue ¶ Solo. vtiqz verū est sapores successiue in humido diffundi vt ꝺr in textu q̄ sñt q̄litates ꝓtrariū hñtes. extensibiles etiā ad extensionē subiecti. z silr ꝺr de q̄litatib⁹ tāgibilib⁹. Sz non est tñ tēpoꝛalis ordo prioritatis quo prius sit in medio q̄ in sensu. cuz medium sit intrinsecum organo

Tertium dubium est

Vtrū audiēs silr audit z audiuit. vel aliq̄ sensu sentiēs silr sentit z sensit. ¶ Et videt q̄ nō. qꝛ intellectus noster intelligit cū cōtinuo z tpe. g̃ maxime sensus sentit tpe cōtinuo. actus aūt q̄ ꝓtinuo tpe mēsurat nō hz silr fieri z factū esse. z ita cū sentire sit in tpe non videnť silr esse sentire et sensisse. ¶ Solo. cuiuslibet sensus sentire silr est cuz sensisse. vt ꝺr phs in textu. Cuiꝰ rō est qꝛ in oīi mutatōe instātanea. silr in nūc tpis sñt mutari z mutatū esse. Nūc tpis dico qꝛ instāti nature mutatio mutatū eē precedit cuz ergo sentire sit instātaneū z in nūc tpis fiat. simul sunt in stanti tpis sentire z sensisse. licet nō instāti nature ¶ Ad rōem ꝺm q̄ sentire accipiť dupliꝛ. Uno mō. put est patiēdo formā rei sensibilis suscipe z sic fit in instāti tēpoꝛis Scōo mō accipiť p actōe hmōi passionē sequēte quo sentire ꝺr q̄ de sensibili sensibile in ꝺicīū hz. z hoc mō fit cū cōtinuo tpe. sicut cuiuslibet potētie oꝛganice opatio. licz em passio firmata sit in eodē motu cū actiōe. z p ꝑs rōem motus seu mutatōis. instātanea sit passio vel tpalis. z etiam actio. z ecōuerso. vt si in mutatōe fundenť sunt instanta. nec. etsi in motu. ꝓtie dicto sunt successiue. tñ q̄a sentire nō est actio inferēs passionē sensus a sensibili sed eā sequiť Ideo nō repugnat actionē sentiēdi tpalem eē z passionez esse instātaneā. Et rōne istius actōis tpalis sentiēdi tam interioꝛi q̄z exterioꝛi sensu ꝺr intellectus humanus intelligere cū ꝓtinuo z tpe. Uerū tñ ꝓtie intellectus nō dicit intelligere cū cōtinuo z tpe q̄a intellectio dicať mēsurari tēpoꝛe vel etiam poretia sensitiua sibi subseruiens. Sed quia non intelligit sine phātasmate. phātasma aūt est rei tēpoꝛalis z cōtinuitatē quantitatis hz

Quartum dubium est.

Vtrū idem sonus numero veniat ad aures diuersoꝝ.
¶ Et videt q̄ sic. qꝛ diffusio soni fit p modū motus ꝓiectoꝛz vt ꝺr. p. sed ꝓiectū ē vnū z idē nūero in toto motu. g̃ sonus erit vnus numero. Et hoc confirmať dicto plateonis dicētis. Unū z idē verbū numero fieri in auribꝰ diuersoꝝ. ¶ In oppositū est dcm phs z pluriū aliorz dicentiū hoc esse impossibile. ¶ Solo. distinguendū est de sono. Nā sonus accipiť dupliꝛ. Uno mō sm eē reale qđ hz in medio p motū localē. Scōo modo sm esse intētionale. Primo mō sonus accipitur numeralē ab aere velut a subiecto. z ꝓpterea si aer maneat ꝓtinuus videtur eē z manere sonus vnus numero. sed ad diuisionē aeris discōtinuať sonus. Uerū si aer cōtinuus māserit. z tñ sonꝰ nō sit in aere sm vnū motū. itez nō erit vnus sonus. sicut nō est vna albedo q̄ est in diuersis ptib⁹ parietis indiuisi. dū modo fuerit situalis distinctio albedinis. Et qđ plus est si motus localis quo deferť sonus in aere sit p diuersas inundatōes multiplicatus tūc etiā neccārio erit sonꝰ multiplicatus iuxta inundationes diuersas sicut motus ibi multiplicať. Nō est em aer subiectū qđ ipius soni. nisi per subiectum q̄. qđ est motus violētus ipius aeris Et quia non venit ad aures diuersoꝝ sub continuitate z vnitate vnius motus aeris. iō nō ē vnus sonus ad diuersas aures. platus. Si vero cōsidereť scōo mō. tunc ꝺm q̄ alius z alius numero. z sm illos q̄ ꝺicunt intentiōem soni in medio subiectari. Scōm illos aūt q̄ ꝺicūt intentiōem nō indiuiduari p mediuz nec habere esse numerale in medio. cōtrariū ꝺici ꝑt Ulū ꝓtie sm illā opinionē loquēdo intentio nō ꝺr habere vnitatē numeralē. Illa em cōpetit reb. intentio aūt nō est res sed rei intentio seu siluitudo. z iō nō hz rei realis vnitatē nec diuersitatē. sicut nec virtus ad rem ꝺr esse res sed ad rē. ¶ Ad rōem ꝺm. q̄ nō est sumile. qꝛ ꝓiectū velut res q̄dam mobilis manet vna z eadem p totū motū. sed sonus nō est id qđ mouet. sed aer. sonus aūt exists in aere moto est in aere ipo. sicut accīs in suo subiecto. et sicut passio ex eius motu causata. ita q̄ esse soni et esse motus simul sunt. ¶ Ad ꝺictū aūt platonis ꝺm q̄ ea facilitate qua assumitur cōtemnitur

Quintum dubium est

Vtrū lumē sit aliquid sicut videť in uere phs in textu. ¶ Solo nō. cū sit q̄litas simplex p̄mi coꝛpis alterantis habēs sep modū habitus vel disp̄onis. talis aūt nequit esse aliq̄d nisi forsan fundāmentaliter. Et silr nec visibile qđ est in actu p lumē ꝺr aliq̄d nisi sm q̄ referť ad sensuz visus sub rōe obiecti nec vt sic ē aliq̄d sm eē sed sm ꝺici. ¶ Ad rōem ꝺm q̄ lumē ꝺr aliquid sicut ad motū localē coꝛpis lucidi. nō q̄si motū sequať vt cōtinuꝰ est. z vt est in rōne mutari acceptus sed rōe mutati esse. sequitur em finē motus qui cū sit indiuisibilis z in momento. Uñ p to. g̃ etiā illuminatio indiuisibil' est et in momēto. Uñ p hoc q̄ coꝛpus lucidū cōtinue mouet non seq̄tur q̄ lumis diffusio sit ꝓtinua. qꝛ lumē fit p̄ns medio sil' z in instāti. p tota pte ad quā extēdit se vis illumiatiua coꝛpis lucidi. vt eo instāti q̄ sol p̄ns ē hemisperio. totū ē subito illumiatū.

Sextum dubium est.

Utrum cōtingat aliquā alteratiōem esse instantaneam.
¶ Et videt q̄ sic. Nā illumiatio instātanea ē. Et cōfirmať auctoꝛitate phi in textu adducētis etiā de hoc exemplū de ꝛgelatōe. ꝓtingit em inq̄t totam aquā silr ꝛgelari.
¶ Solo. Alteratio ꝓtie dicta q̄ est motus ꝓtie dictus est tpaliter successiua sicut motꝰ localis. qꝛ q̄libet talis alteratio est de ꝛrio in ꝛrū. Uñ sicut in motu locali tps cōmēsurať distātie magnitudis sup quā fit motꝰ ita in motu alteratōis ꝓtie dicte tps ꝓmēsurať distātie eē intensibilis fozme fluētis de ꝛrio in ꝛrū. Uñ plus tpis req̄ritur ad hoc q̄ ex calido fiat frigidū q̄z tepidū. Dis g̃ alteratio q̄ est inter ꝛria p̄miscibilia ad inuicē sp ē successiua. Illa aūt q̄ est de ꝓuatione in habitum seu deno subiecto in subiectū est instātanea sicut illumiatio q̄ nō est motus sz mutatio quedā Et talis alteratio est ab aliq̄ fine motus et non est a motu continuo. z sic etiaz qꝛ generatio est ab aliquo fine motus alterationis ipsa est instātanea. ¶ Et per hoc patet solutio ad ꝓmā rōem. ¶ Ad scām ꝺicendum q̄ cōtingit aquā simul cōgelari non sic quasi subito fozma frigiditatis congelatiue fiat in aqua. quoniā est de cōtrario in ꝓtrariū inter que nō est mutatio nec alteratio que potest esse ab aliquo fine motus. Sed sic intelligitur qꝛ nō vna ps ꝓius alterať alia. et sic non est successio quo ad ꝓtes alterabilis. ita q̄ vna ps aq̄ ꝓius congeletur. et sic ꝛñter alia sed est successio totius ꝓtis cōgelabilis aq̄

in forma frigiditatis congelatiue

Septimum dubium est

Quare in absentia illuminantis nõ manet lumen in p⁹ spicuo sicut in absentia calefacientis manet calor in calefactibili calefacto Solo Quia illa forma passo ab agẽte impressa manet in passo mobili qñ suscipit ab agente immobili passo. vt in ꝑprio subiecto. ita q nõ sit subiecto aduenticia. Lumen aũt fit a corpe lucido in ꝑspicuo tanꝫ ql̃tas eius aduenticia ⁊ nõ suscipit in ipo vt in ꝑprio subiecto sicut alie ql̃tates ad quas est alteratio ꝑprie. ḡ nõ manet in absentia illuminantis. Minor patz q⁹ cũ forme substantiales sint ꝓncipia qualitatũ ⁊ oĩm actionũ earundẽ. ideo illa qualitas nõ recipit ꝑm esse naturale in aliquo. vt in ꝑprio subiecto que nõ disponit ipsum subiectũ ad formã substãtialẽ illam cuius est talis ql̃tas instrumentũ. sed diaphanũ nõ est susceptiuũ forme subalis corpis lucidi q̃ est ꝓma radix luminis. nec p receptõem luminis disponit ad formã agentis. ſ. corpis lucidi. ideo recipit lumen vt q̃dã qualitas aduenticia ⁊ nõ manet absente illuminante. nec est ꝓncipiũ actõis in aliud. ⁊ ideo ꝑprie vna ps aeris nõ illuminat ab alia. ſz tot⁹ a ꝓmo illumĩnãte. Proprie dico. q⁹ p reflexionẽ ꝓtingit vnã partẽ ab altera illuminari. Secus aũt est de calido et frigido. Nã calidũ recipit in aqua. q⁹ calidũ ꝓsequtur formã ignis ad quã disponit aquã vel aque materiã q̃ est in naturali potentia ad formã ignis. ⁊ ideo vna ps aq̃ calefacta etiã aliã calefacit. Silr̃ dr̃ de odore ⁊ sonis et hmõi ql̃tatib⁹. Sz ꝓtra Lumẽ sequtur formaz ignis ad quã pspicuũ aeris est in potentia. ḡ nõ est lumẽ qualitas aduenticia Solo Lumẽ nõ sequtur formã ignis vt hmõi neq̃ aliquã ql̃tatẽ elementarẽ. Immo ꝓcedit etiã diaphanũ susceptiuũ luminis ql̃tates elemẽtares. Sz inuenit in igne in q̃tũ aliqno mõ accedit ad naturã celestis corpis ad cuius formã nullũ corpus est in potẽtia p suam materiã. Vel dici pt ⁊ melius q⁹ eo mõ quo aliq̃d est in potentia ad formã ignis lucẽtis. Ita etiaz ẽ in potentia ad lumẽ tanꝫ ad ql̃tatẽ nõ aduenticiã. Sz q⁹ ignis nõ lucet in materia ꝑpria. Ideo ex hoc q⁹ aliqua in ignẽ mutant⁹ nõ fiunt lucida. ſz ex hoc q⁹ nata sunt trãsmutari ad eẽ mixti in quo dominat ignis ⁊ in talib⁹ ẽ lumen lucens qualitas quodãmodo naturalis

Est autẽ q̃dam obiectio ⁊ alia talis circa sensus. Utz ꝓtingit duos simul sentire in eodẽ et indiuisibili tpe vel non Si autẽ semp maior motus minorẽ depellat ꝓpter quod delata sub oculis non sentiunt si fuerint vehemẽter in aliquid intẽdentes. vel timẽtes. vel audiẽtes multum sonum. hoc itaq̃ supponatur. Et q⁹ vnũquodq̃ magis est sentire simpleꝛ existẽs. q̃ cõmixtũ velut vinum in tempatũ. ⁊ mel ⁊ colorem et notã solam q̃ in diapason que obscurant se inuicem. Hoc aũt faciunt ex quib⁹ vnum aliquid fit. Si igitur maior minorem motum depellit. Necesse si simul sunt ⁊ ipm minus sensibilem esse q̃ si solus esset. Auferẽ enĩ aliq̃d minoris cõmixtione. Siquidẽ oĩa simplicia magis sensibilia sunt. Si igitur equales fuerint alteri existentes. neuter erit sensibilis. Obscurat enĩ alter alterũ. simplicẽ aũt nõ est sentire. Quare aut nullus erit sensus aut alter ex vtrisq̃. q⁹ q̃dem ⁊ videtur fieri ex cõmixtis in quacunq̃ cõmisceant. Qm̃ ergo ex q̃busdã q̃dem fit aliq̃d ex q̃busdã vero non fit. Talia ãt sunt q̃ sub alio sensu. cõmiscentur enĩ quorum vltima contraria. Non est ãt ex albo ⁊ acuto vnũ fieri nisi ꝑm accidẽs. sed non sicut ex acuto ⁊ graui symphonia. ergo nec sentire ꝓtingit ipa simul. equales enĩ existentes ipoꝝ motus exterminabunt inuicem qm̃ vnus nõ fit ex illis Si vero inequales melior faciet sensum. Adhuc sic magis duo sil̃ sentiet vtiq̃ aia vno sensu quoꝝ vn⁹ sensus velut acutũ ⁊ graue. Magis enĩ simul mot⁹ vnius tpe ipius q̃ duoꝝ. puta visus ⁊ audit⁹ Uno aũt simul duo nõ est sentire si nõ mixta fuerint. Mixtura enĩ vult vnũ esse. Unius ãt sil̃ vnus sensus. vnus aũt simul tpe. Quare necesse sil̃ mixta sentire. q⁹ vno sensu ꝑm actũ sentit. Unius q̃dem enĩ numero qui ꝑm actũ vnus. Specie aũt qui ꝑm potentiã vnus Et si vnus. ergo sensus q̃ ꝑm actũ vnũ. illud dicit cõmisceri. ergo necesse ipa. qñ ergo non fuerint mixta duo erunt sensus qui ꝑm actum. sed ꝑm vnam potentiam ⁊ indiuisibile temp⁹ vnã necesse est eẽ opationem. Unius aũt qui ad semel vsus ⁊ mot⁹ vnus. vna aũt potentia. Non ergo contingit duo simul sentire vno sensu. Atuero si ea q̃ ꝑm vnũ sensum simul impossibile si sint duo. palaz q⁹ minus adhuc que ꝑm duos sensus cõtingit simul sentire velut albũ ⁊ dulce. Uidet enĩ q⁹ q̃dem vnum numero aia vllo alio dicere nisi in eo quod simul. Qaũt vnũ spẽ iudicante sensu ⁊ ipo mõ. Dico ãt hoc q⁹ forte albũ ⁊ nigꝝ alteꝝ q⁹ ꝑprium idem iudicabit spẽ. ipe iudicabit. ⁊ dulce ⁊ amaꝝ idem q̃dem ipe. ab alio aũt alius sed alter vtriq̃ ꝓtrioꝝ. Eodẽ aũt mõ sibiip⁹sis coelementaria puta sicut gust⁹ dulce. ita visus album. ⁊ sicut iste nigꝝ ita ille amaꝝ. Amplius si ꝓtrioꝝ motus ꝓtrariꝫ. simul aũt cõtraria in eodẽ ⁊ atomo non ꝓtingit esse. sub sensu aũt vno ꝓtraria sunt velut dulce ⁊ amarum. Non vtiq̃ continget sentire simul. Similr̃ aũt palam q⁹ neq̃ q̃ non ꝓtraria. hic q̃dem enĩ albi sunt. hic aũt nigri. ⁊ in alijs similr̃ velut sapor. hic q̃dem dulcis. hic vero amarus. Hec q̃ cõmixta simul. ꝓportiones enĩ sunt oppositoruz

velut diapason in diapente nisi sicut vnum sen/
tiatur. Sic aūt vna ꝓportio extremitatū fit ali
ter autē non. Erit em̄ simul hic quidez multi ad
paucum. vel imparis ad parem. Dic aūt pauci
ad multum. vel paris ad imparem. Si ꝓo plꝰ
adhuc distant ab inuicē z differunt coelementa
liter q̄dem dicta. in alio autē genere q̄z que in eo
dem genere. Dico autē puta dulce z album vo/
ce coelementaria. genere autē alia. dulce vero a
nigro multo amplius spē differt q̄z album. Ad/
huc vtiq̄z minus cōtinget ipa simul sentire q̄z q̄
genere. Quare si non hec. nec alia.

Jn hoc tercio z vltio capło pbus mouet z soluit ter
cia questionē q̄ ꝓponit sensibilibꝰ ꝑm q̄ ia actu sunt i sen
su z actū sentiendi ꝓficiūt. Et diuidit in tres ptes ꝓnci/
pales Jn ꝓma mouet questionē. In scda reꝓbat q̄ndā
falsam solutōem. Jn tercia ponit solutōem veram incidē/
taliter soluēdo q̄ndā difficultatē de indiuisibili. Scda
ps tāgit ibi (Qz āt q̄dā eoꝝ) Tercia ibi (Jgit ꝑm q̄
indiuisibile) Quātū ad ꝓmā ptē mouēdo qstionē ter/
cia dt Qz sit q̄dā obiectio siue difficultas An ꝓpinqat
duos sensus i eodē z indiuisibili tpe sentire Et q̄ nō siue
ꝓ pte negatia qstionis. Arguit pbs tribꝰ rōibꝰ vl q̄tu
oz. Quaꝝ ꝓma initit duabꝰ suppōnibꝰ Quaꝝ ꝓma que
āpliꝰ in de somno z vigilia tractat hz. ē. q̄ motꝰ maioz
depellit minorē. Quā ꝓbat a signo. Nā vehementi ali/
q̄d intēdētes vl timētes vl multū sonū audietes. visibi/
le sup oculos delatū nō vident. Scda suppō. Sensibile
simpliciter meliꝰ sentit q̄z idē mixtū cū alio. sicut vnū intra
ruz seu nō mixtū fortioꝝ motu mouet gustū q̄z mixtū cū
aq̄ vel alio. Sili mel magꝝ sentit intrā q̄z tratū z mix
tuz. Et colorꝝ magꝝ sentit imixtꝰ q̄z mixtꝰ Et sili nota si
ue vox simplex acuta magꝝ mouet sensuz audituꝰ q̄z dia/
pason q̄ ē vox mixta cū ꝛrio. Et rō huiꝰ suppōnis ē. q̄
sensibilia sil mixta obscurāt seiuicē z alterat vnū ab alio
Talia sensibilia sic se obscurātia sunt illa ex q̄bꝰ mixtis
vnū aliq̄d fieri ꝓt. Et in talibꝰ vnūq̄q̄z miscibiliū mīꝰ
fit sensibile ꝓpē mixtionē cū altero. q̄ ab vno q̄z aliquid
auferē Jstis suppōnibꝰ sic ꝓmissis formā rō ꝓma sic Si
sensibilia diuersa sil sentirent. vel ḡ eqlis ꝓtuz stz i mo
uendo sensuz. z tūc si fuerint sensibilia vniꝰ generꝝ neu/
trū illoꝝ sensibiliū erit sensibile. q̄ vnū obscurabit alterꝝ
stz mixtū aliq̄d ex vtriq̄z ꝛrijs sensibilibꝰ vniꝰ gñis q̄ ad
inuicē sunt miscibilia sicut sunt sensibilia eiusdē gñis q̄z
vltiaz extrema ꝛria sunt. z sic nō sentient sil plura stz vnū
mixtū Si ꝓo fuerint diuersoꝝ sensuū sicut acutū z albū
et fuerint eqfortia i mouēdo sensus suos. mutuo se ipedi
ent z extermiabūt se. Neq̄z mixtū. q̄ sensibilia diuersoꝝ
sensuū neq̄unt misceri. vt non miscet albū cū acuto neq̄z
ex eis fit vnū aliq̄d ꝓ accns hꝫ ē subiecto. Si ꝓo diuer/
sa sensibilia siue eiusdē gñis siue diuersoꝝ generꝝ fuerint
tū expositū. ꝛ ꝓmo circa ꝓmū cap'm Primū est An cō uenienter ordine h̄ tractet. p. de somno ꝛ vigilia. ¶ Et vi dek ꝙ nō. q̄ senect⁹ ꝛ iuuetus. vita ꝛ mors. stꝫ generalio ra q̄dā somno ꝛ vigilia. ḡ de eis ꝑ determinandū eēt. q̄ iuxta illud qō tangiť in ꝓemio ꝓmi libri phȳsicoꝝ. A cō munioribꝫ ꝛ ꝙfulis magis ꝓcedendū est Preterea se cūdo. ꝓuatio cognoscit⁹ ꝙ suū habitū. ḡ nō est tractandū de somno spēaliť poti⁹ ꝫ de vigilia. imo poti⁹ tractāduz eēt de vigilia ꝫ de somno Preterea 3°. de simplicioribꝫ ꝓmo determinādū est. stz aīal videť simplici⁹ somno. ḡ de aīali in libro de aīalib⁹ ꝑdeterminādū est. ꝛ ꝙ ꝙñs iste li ber non deberet ꝑcedere sciam de aīalib⁹ sed seq̄. Minor ꝓz. q̄ corꝓ⁹ simplici⁹ est ꝙiūcto ex aīa ꝛ corꝑe. somn⁹ aūt et vigilia stꝫ ꝙiūcti ¶ So°. sic. q̄ somn⁹ ꝛ vigilia ꝙueniūt aīali ꝑm organa. ꝛ iō nō ꝓñt sufficiēter intelligi ea q̄ de sen sib⁹ dicta stꝫ. nisi etiam cognoscaň somn⁹ et vigilia. ꝛ ita etiā ꝑtinet tractat⁹ istoꝝ ad ꝑtē illā phie q̄ē de passioni bus et opationib⁹ aie et corꝑi cōib⁹ de q̄b⁹ post sciam de aīa tractandū erat q̄m aīa nō hz opatōes nisi eas q̄ stꝫ to tius ꝙiuncti. excepta opatōe intellectuali. Et cū somni q̄ dē passio est somniū. ꝛ somnia multa nō stꝫ sine intellectu cōfert etiā hec scia q̄ ad eā ꝑtē q̄ est de somnio ad melioꝝ noticiā eoꝝ q̄ de intellectu dicta stꝫ. iō etiam de somnio ꝛ de diuinatōe ꝙ somnia h̄ tractādū ē. Aduertēdū tñ circa hoc ꝙ ap̄ō antiqs Aresto. discipulos vt refert Alb̄. h̄ lib inuētus est ꝓtinuari cū li° de sensu ꝛ sensato quē in q̄tu⁹ oꝝ diuidebāt libꝝos ꝓtiales q̄ꝝ ꝓm dicebāt de sensu ꝛ sen sato. Sc̄dm de mēoria ꝛ remiscētia. Tercū de somno et vigilia. Quartū ꝓo de somnio Et hūc libꝝ dicunt quem Aresto. sepe noīat de cōib⁹ opationib⁹ aie ꝛ corꝑis Cū q̄ bus etiā q̄dam eoꝝ et ꝑcipue Auerrois inuenerūt alios tres ſ. ꝓmū de inspiratōne ꝛ de iuuētute. ꝛ sc̄m de moti bus aīalū. libꝝ. tercū dicebāt de intellectu ꝛ intelligibili q̄rtū aūt dicebāt eē libꝝ de aīa. ꝛ tres libri de aīa hic ha benť cōiter annectēdi. ꝛ ꝑm h̄ itez non incōgrue interpo niť ista scia a nob Ad rōnes Ad ꝓmā dām q̄ ly vita et moꝛs senect⁹ ꝛ iuuētus sint q̄dā generalioꝛa somno ꝛ vi gilia. tñ q̄ ad facilitatē doctrine ꝙ oia attēdimus. videť nobis de somno ꝛ vigilia ꝓus ꝫ de illis eē tractandū. eo ꝙ cū supius digestis ꝛ determiatis. maioꝛē hñt cognatio nē. Sic ḡ argumētū ꝙcluderet nisi aliud obstaret videli cet ꝙgnatio eoꝝ q̄ tacta stꝫ in li° de aīa. Etsi dicať ꝙ sicut dicūt Auicēna ꝛ Algazel plurimū ꝙferūt ad sciēdū q̄ liter intellect⁹ materialiū illuminatōez totā accipit a sub stātijs sepatis. ḡ ꝓus eēt determinādū de somnio ꝛ de di uinatōe somnioꝝ ꝫ de somno. ꝓter vicinitatē quā habz ad aīam. maxime intellectualē. Dām ꝙ qz somniū nō ꝑt cognosci sine somno. ꝛ somn⁹ sine sensu. iō h̄ ordine fuit ꝓ cedendū quo ꝓcedit Aresto. Ad sc̄dam rōem dām ꝙ son⁹ nō ē vere q̄es. hz sit q̄eti silis. Et cū ꝓprias hēat cās phȳcas somn⁹ ipe. iō opz inqrere de somno q̄si ꝓncipaliť. et ꝙ solutōem somni ꝙgnoscere vigiliā q̄ non hz cās spēa les nisi eas q̄ somniū soluūt ꝛ termināt. nec hz ꝓprietates multas sibi attributas nisi q̄ sensui ꝑm actū facto videnť cōuenire. ꝛ iō hz somn⁹ sit ꝓuatio q̄dā ꝛ q̄es. tñ qz hz ꝓo ꝓprias ꝓuatas cās ꝛ ꝓpria q̄dā sibi ꝙueniēria de eo oꝝ de terminare. ꝛ ꝓncipalius de somno ꝫ de vigilia Ad ter ciā dām ꝙ hz q̄dā dixerint ꝓter h̄ argumētū tactū. libꝝ de somno ꝛ vigilia seq̄ libꝝos de aīalib⁹. tñ h̄ nullaten⁹ di cendū ē. qm̄ in scia de aīa determiatū est de aīa q̄ est aīalis ꝓn⁹ sine q̄ nō ꝙtingit scire aīatū corꝓ⁹. Aīa āt saltē a nob nō scit nisi sciaň opa ꝛ passiones ei⁹. Opa āt q̄ stꝫ aie sensi bileſtꝫ agere ꝙ sensus ꝛ sensuū organa. passiones āt ei⁹ stꝫ q̄ bus potētie sensitie alteranť sicut somnus ꝛ vigilia. Con gruū ḡ est de somno aīaliū determiare post sciam de pas sionib⁹ ꝛ opationib⁹ sensuū. q̄ hec oīa stꝫ ꝓncipia q̄dam ad ꝙgnoscendū totū aīal. Sed ꝑ in li° de aīalib⁹ de ill' esset determinādū. qz eiusdē scie ē determiare de subiec to ꝛ ꝓprietatib⁹ ei⁹. ḡ cū in li° de aīalib⁹ fiat mētio de aīali etiā de potētijs ꝛ opib⁹ eaꝝ ibi determiabiť. Dām ꝙ nō valet ꝙña. qz aīal vt hmōi nō est cā taliū passionū. stz opa aie sensibil' stꝫ cā eēntialis ꝛ ꝓncipal'. qz labor ꝛ exercitiuz sensuū somni est cā. iō nō cū scia de aīalibus sed post scien tiā de opationib⁹ sensuū ꝛ de passionib⁹ eoꝝ tractāda est ista scientia de somno ꝛ vigilia.

Secundum dubium est

An ꝙueniēter iste lib denoieť de somno ꝛ vigilia. ¶ Et videť ꝙ nō. qz cū somn⁹ se habeat ad vigiliā sicut ꝓuatio ad suū habitū. ḡ poti⁹ deberet dici de vigilia ꝛ somno. ꝫ de somno ꝛ vigilia ¶ So°. sic. Tū qz vigilia poti⁹ tenet se ex ꝑte aie ꝫ corꝑis. somn⁹ ꝛo poti⁹ ex ꝑte corꝑis. ꝛ cū in libris paruoꝝ naturaliū mētio fiat de passionib⁹ ꝑm ꝙ ꝓncipaliter stꝫ corꝑis. iō ꝙueniētius iste liber intitulať de somno ꝫ de vigilia. Tū sc̄do. qz vigilia nō hz cās spēales nisi eas q̄ somnū soluūt ꝛ termināt. nec ꝓprietates mltas hz sibi attributas nisi q̄ sensui ꝑm actum videnť ꝙuenire Sōnus āt hz cās determiatas ꝛ ꝓprias de q̄b⁹ ad phȳsi cū spectat determiare. ḡ agiť hic de somno ꝓ° ꝛ ꝙ se. ꝛ per accīs de vigilia inq̄ntū ē somni solo. ꝛ ita ꝓncipalius inti tulať de somno ꝫ de vigilia Ad rōem dām ꝙ nō est sp illō. qō ꝓncipale ē. ꝓncipaliť ꝙsideratū. sicut in rōe albi ꝓn cipale est subiectū. sed nō est in noīe albi ꝓncipaliť signifi catū. neq̄ ꝓncipaliť definitiue ꝙsideratū Et iō ē ꝙ hz son⁹ sit vigilie ꝓuatio. ꝓter cās tñ tactas h̄ ꝓncipaliť ꝙsiderať somnus. ꝛ ita a somno sit ꝓncipaliť huius libri denoīatio

Tercium dubium est

An somn⁹ sit vere q̄es ¶ Solo nō. qz vigilia nō est vere

motus. sed sicut vigilia est motus q̃daz. ita somnus vigi/
lie oppositꝰ est q̃es q̃dã. Od oñdit duabꝫ rõnibꝫ. Prima
Vera q̃es ꝫuenit mobili ꝑm q̃ est in termiõ ad quẽ mo/
tus ꝓpꝛij dicti. ſz vigilia nõ ẽ motꝰ ꝓpꝛie dictꝰ. ꝑ em esse
vigilia sine q̃cũq; motu. etiã sine sensuũ opatõe. vt qñ exi/
teriozes sensus viuificari p spũs non opanꝫ neq; imutanꝫ
ab oliq̃ obiecto. Etsi sic suspẽsi nõ fuerint. nõ tñ mouẽtur
sensus. p se saltẽ. motu ꝓpꝛie dicto a suis sensibilibꝫ sed sim
plici mutatõe spũali vt hmõi. cui nõ opponit q̃es ꝓpꝛie di
cta. Per se dico q̃ cõtingit materialit sensibilia agere in
sensum alterãdo sensus ꝑa alteratõe. ſz motꝰ hmõi nõ cõ
uenit sensui vt hmõi. ſz sicut rei alteri inãiate. Scda. q̃es
saltẽ naturalꝫ est finis ꝓpter quẽ fit motꝰ ꝓpꝛie dictꝰ nõ cir
cularis ſz rectꝰ. Sz vigilia vl̃ actꝰ vigilie nõ est ꝓpter som
nũ ſz ecõuerso. Vñ ꝺr phs nõ vigilamꝰ vt dormiamus.
sed dormimꝰ vt vigilemꝰ. g̃ nõ est somnꝰ ꝑa q̃es. t g̃ ꝺr
phs q̃ somnꝰ coaptatꝫ quieti. sed nõ est quies vera

Quartum dubium est.

Utꝝ somnꝰ t vigilia opponanꝫ ꝛie vel ꝓpatiue ¶ Soº
ꝓpꝛie hñt modũ ꝓpatiois t habitꝰ si ꝛsiderenꝫ formalit.
Si ãt ꝑm suã cãm ꝛsiderenꝫ opponunꝫ ꝛie. Primũ ꝓz.
q̃ somnꝰ hz se ad vigiliã sicut ĩpotẽtia ad potentiã. ta
les ãt opponunꝫ ꝓpatiue. Vel somnꝰ ꝺr in subiecto apto
nato carẽtiã viuificatiꝰ ꝓncipij scz spũs sensitiui et nõ di/
cit solũ defectũ sensatois. Stat em vt sepe dcm ẽ aliquẽ
nõ dormire t penit nihil foris sentire. Scdm ꝓz. q̃ cãe
istaꝝ passionũ st frigiditas t calliditas. Naz calliditas p
se vigiliã inducit. t frigiditas p se inducit sopoꝛe seu som
nũ. Per se dico. q̃ p accñs calliditas euapoꝛare facies t de
paupari. somnũ inducit. Silr p accñs frigiditas vigiliaz
inducit. vñ melꝰ vigilamus tpe frigido q̃ calido. Silr
somnus quantũ ad cãm efficiẽtẽ ꝓximã que est fumalis
euapoꝛatio nõ est pura ꝓuatio. licet rõne carentie spiri
tuũ sit quodãmodo ꝓuatio

Quintum dubium est

Utꝝ somnꝰ ꝛueniat plãtis. ¶ Et videt q̃ sic. q̃ plãtis
inest opatio determiata tpalis. ſ. nutritõnis. g̃ si excesse/
rit tps in q̃ nata ẽ virtꝰ illa opari eget q̃te q̃ videt fieri p
somnũ Scdo sic. gustꝰ est sensus alimẽti t silr tactus.
alimẽto ãt vti ꝛuenit plãtis. g̃ inest eis somnꝰ. sic arguit
Ysaac. p. in suo li. de elemẽtis Tercio sic. somnꝰ est ꝓpt
repationẽ spirituũ in q̃litate et q̃ntitate debilitatoꝝ ex h
q̃ mouenꝫ ad exteri corpoꝝ aiatoꝝ. Et iõ definiẽtes q̃/
dã somnũ dixerũt q̃ somnꝰ ẽ retractio spirituũ ad interio
ra corpis. In plãtis ãt ẽ expassio spirituũ t caloꝝ ad ex
terioza plãtaꝝ. t cũ ex h in q̃litate t quãtitate pdanꝫ. vi
detꝰ q̃ somnꝰ ꝑ instauratione spirituũ sit in eis neccãrius.
Od ꝛfirmatꝫ. q̃ in noctibꝫ flozes plãtaꝝ claudi videt
et ꝛpmi. In die ãt apiunt. h ãt est dormiẽtiũ ꝓpriũ. Silr
videnꝫ plãte in hyeme dormire ab actu nutritiois In
oppositũ ẽ. p. in tex. ¶ Soº. ſz multi antiq̃ fuerit de hac
opinione ꝓpter rões sup tactas. cñ in veritate falsuz oino
est in plãtis inueniri somnũ ꝓpꝛie dcm. q̃ somnꝰ est passio
ptis sensitiue vt hmõi. sensus ãt in plãtis nõ inueniꝫ. q̃a
nõ inueniꝫ in eis appetitꝰ q̃ sequiꝫ cognitõez cõuenientis
vel discõueniẽtis Q̃ ãt in eis nõ sit appetitꝰ pz. q̃ nõ est
in eis motꝰ cui appetitꝰ est ꝑnꝫ neccariũ. Non em est in
eis neq; motꝰ ꝓgressiuꝰ. neq; motꝰ systoles vl̃ diastoles
alteriꝰ ãt hoꝝ neccãrio appetitꝰ ꝓncipiũ ẽ Ad rões Ad
primã pz solo ex dictis suis. Dicit em phs poꝛes t ꝓcipue
Auerrois soluẽdo rõem illã q̃ illõ dcm phs intelligi debe
at de potẽtijs t ꝑturbꝫ q̃ actio nõ est ozgano naturalꝫ sic
sentire. Nutrire ãt nõ ẽ hmõi. motꝰ em nutrimẽti ad sin/
gula mẽbza sicut ad sua loca t ad spem suã est q̃dãmõ na/
turalꝫ t p q̃ntitatẽ nutrimẽti fit augmẽtũ. t p supfluũ ge/
neratio. t iõ tales motꝰ nõ inducũt lassitudinẽ mẽbzis ſz
pfectõez ꝓpꝛ qđ exill nõ cãt sonꝰ neq; vigilia Ad scdaz
ꝺr q̃ ſz gustꝰ t tactꝰ sint sensus alimẽti qđ suscipiũt plan/
te cũ nutriantꝫ. tũc nõ stꝝ sensus alimẽti ab eo qđ est nutri
mẽtũ cape. ſz ab eo qđ est nutrimẽtũ capiẽdũ sensibiliter
appẽdere seu cõgscere. suscipiẽdo spes sine materia Vñ
aia ꝑm se nõ ẽ ꝓncipiũ sensus. ſz aia determiata. ſ. sensitia
vel intellectia ꝑm gdũ q̃ sensitia ẽ. Et g̃ falsum t mẽda/
ciũ ẽ inq̃t Alb. qđ ꝛfinxit Ysaac phs israelita dicẽs dupli
cẽ tactũ t duplicẽ gustũ. ponẽs hos duos sensus ineẽ q̃/
busdã naturalit tm. q̃busdã ãt naturalit t aialiter. Na/
turalit tm in his q̃ hñt tm vegetatiuã aiam. t naturalit
et aialiter in aialibꝫ. Alimẽtũ em suscipe nõ ẽ sentire. sed
ipm pcipe. suscipiẽdo spes sine materia. qđ nõ ꝛueniꝫ nisi
aialibꝫ Ad terciã dcm q̃ in plãtis tãq̃ in corpibꝫ duriz
stꝝ spũs pauci t hñoꝝ plurimꝰ t tenaxꝫ. t iõ nõ facil est exi/
cursus t recursus calozis t spirituũ in eis. ſz p totã hyes/
mẽ incurrit t ingredit. t p totã estatẽ educit. nõ q̃dẽ sicut
in somno t vigilia. ſz sicut repssus solo frigoze circũstãtis
aeris. t reuocatꝰ caloze eiusdẽ. Jn somno ãt ex euapozati
one cibi causatur hmõi retractio t emissio spirituũ Et
ad ꝛfirmatõez dcm q̃ corpa taliũ vno tpe sint minoza q̃
alio tpe nõ ẽ nisi ꝓpter frigꝰ aeris circũstãtis seu ꝓpter co
tinẽs extrinsecũ t nõ ꝓpꝛ somnũ. Et ex eadẽ cã est clausura
floꝝ in nocte t apcio in die. Si tñ crederet Ysaac. p. syllo
gizare q̃ ex eo. q̃ plãte repmunt t dilarant q̃dammõ seu
emittunt. g̃ dormiũt t vigilãt. faceret ꝑtualiꝫ syllogisꝫ in
scda figura ex puris affirmatiuis inq̃t Alb. t iõ dcm eius
nõ cõcludit neq; est rõnabile nisi forte loq̃mur de somno
et vigilia metaphoꝛice. Sic em ꝓpt ꝛpetere plantis vigi/
lia vel somnꝰ. Et hec dcã cũ his q̃ in solutionibꝫ argumẽ
toꝝ posita sunt sufficiũt ad hnius dubij determinatõem.

Sextum dubium est.

Utꝝ ipossibile sit aial sp dormire ¶ Et videt q̃ nõ. quia
aial sp dormit vel vigilat. sed nõ sp vigilat. vt pz ex dictꝫ
g̃ sp dormit Preterea ꝛº. si somnꝰ sit excitabil. h erit fa
cta digestõe t spũ t caloze instauratis. ſz facta digestõe t
spiritibꝫ instauratꝫ adhuc durat somnꝰ. vtz in ranis q̃ ad
mediũ annuz dormire dicunt. Silr ꝺr de hirũdinibꝫ q̃ in
fundo aq̃ dormiãt. g̃ eadẽ rõe pñt ꝛtinue t sp dormire.
¶ Soº. ipossibile est aial sp dormire. Qđ pbat Alb. q̃n
q̃ rõnibꝫ. Prima q̃ natura nihil facit frustra. sed oẽ dor
miẽs hz sensũ. cũ solũ aial dormiat. sẽsus ãt q̃ in sõno liga/
ti stꝝ. respiciũt vigiliã t exercitiũ eoꝝ tãq̃ finẽ t pfectõez
suã. g̃ nccẽ ẽ oẽ aial aliq̃n vigilare. q̃ alis sensus a sua pfec/
tione frustrarenꝫ. Preterea scda rõ. Sonus desideraꝫ p
accñs. vigilia ꝛo est finis sensitiue pticule p se. Qđ aũt p
accñs t p aliud desideraꝫ. in q̃dã tpe manet. ſz nõ sp. g̃ ne
cesse ẽ oẽm somnũ foze excitabilẽ. Preterea tercia rõ. q̃ si
cut ozgana sensuũ languẽt ex nimia vigilia nõ solũ ꝓpt de/
fectũ spirituũ. ſz etiã ꝓpter materialẽ dispõem ipoꝝ ozga/
noꝝ. ita nimio sono obstruunt meatꝰ t poꝛi spirituũ sensi
tiuoꝝ grossis hñoribꝫ. g̃ sicut nccẽ ẽ q̃ndã ee somnũ vt q̃el

Quibus et qñ et quãdo somnus conueniat

ẽãt organa sensuũ.sic qñq; nẽce est eẽ vigiliã ⁊ somnũ exercitari.ne organa ꝑ frigus ⁊ hũorẽ hmõi quib; occupãtur destruãt. Preterea ḡrta. qz cũ i somno calor ⁊ spũs ad interioza moueant.ꝑt celebrãdã digestõez opz digestõe facta nutrimẽti calorẽ ⁊ spũs diffundi ad mẽbza exterioza Ad h̃ em̃ facta ẽ digestio vt nutrimẽtũ incorpeꝝ. et spũs instaurent.⁊ instaurati ꝑ totũ corp⁹ ⁊ ad sensitiua organa diffundant.alꝫ em̃ digestio eẽt otiosa ⁊ vana. ḡ opz facta digestõne nutrimẽti diffundi calorẽ ⁊ spũs ꝑ singula membza q̃d fit in vigilia. Preterea q̃nta rõ. ꝺr Jsaac.p.q spiritus mouẽt in mꝛoꝛi mũdo.sicut lux in maioꝛi mũdo. Sz mor⁹ lucis in mũdo maioꝛi ẽ ꝑ modũ ascẽsus ⁊ descẽsus ḡ nẽce ẽ motũ spũs huic ꝓportionari. h̃ ãt nõ fit nisi ꝑ motũ ꝑ⁹ int⁹ ⁊ extra in sõno ⁊ vigilia. ꝑ⁹ int⁹ in sõno.et extra in vigilia. Ꝛt ita sicut lux in maioꝛi mũdo ascẽdit et descẽdit cum motu solis.sic ascẽdit ⁊ descẽdit nccãrio spũs. Uñ cũ ꝑtus spũs depẽdeat extrinsecus a luce celesti multipl̃r.iõ ascendente luce sol̃ naturaliṫ euocaṫ spũs et calor ad extra.recedẽte ꝙ luce sol̃ reciꝓrocaṫ calor ⁊ spirit⁹ ad intra.⁊ ꝑ ꝑ⁹ sicut alternaṫ ascẽsus ⁊ descẽsus spirituũ ꝑm ascẽsuz ⁊ descẽsum sol̃ ita etiã alternaṫ somn⁹ et vigilia Ad rões Ad ꝑmã sophisticã ꝺr q peccat pones fallaciã diuisionis. Jn sensu em̃ cõposito ⁊ inq̃ntũ est vna de diffinicto ꝓdicato.hec ꝓpõ ẽ vera. aial sꝑ dormit vl̃ vigilat.sed inq̃ntũ est hypotetica diffinictiua.sic est falsa

Ad scd̃m dõm.q in aialib; vigilia ⁊ somn⁹ regulariṫ nõ equaṫ vt infra de hoc dicet. Et iõ nõ optet ex diuturnitate somni q̃rundã aialiũ arguere ꝓpetuitatẽ somni q̃ ad esse ꝓpetuũ aialis.hoc ẽ ad totã aĩmalis vitã. Et hec dꝛña videt ꝓuenire plurimũ ex diuturnitate digestionis celebrate.talia em̃ aialia ꝓpter digestõem debilẽ ⁊ nutrimẽti abũdantiã nesciũt cibũ ꝑus paulatim collectum in bꝛeui digerere.sed multo tꝑis ad eũ digerendum egent. Quecũq; em̃ inq̃t Alb̃.in ꝓmẽtario sṫ frigida ⁊ viscosa et h̃nt multas superfluitates circa locum digestõis ⁊ sunt spissę pellis.dormiũt diutius q̃ alia aialia.⁊ nccẽ h̃nt per multũ tꝑis ãni dormire qñ phlegma generaṫ.sicut sṫ cꝯnie ⁊ nisi et cetera hmõi. Quecũq; ãt subtilẽ h̃nt h̃ũditatẽ ⁊ paucã paꝛ dormiũt. ⁊ est tꝑs somni eoꝝ bꝛeue.

Septimum dubium est

Quid hoꝛ ꝑus ineſt aiali An somn⁹ vel vigilia ¶ Et videt q somn⁹.qz dormies est id qđ ꝑt sentire. ⁊ sic somn⁹ includit potẽtiã vigilãdi ⁊ sentiẽdi. Jn illis aũt q̃ de potẽtia mouent ad actũ potẽtia tꝛaliter ꝓcedit. ḡ somn⁹ tꝛaliter ꝓcedit vigiliã. Preterea. ꝺr pl̃s in .xvi. de aialib; q embꝛyo in matrice ꝑus dormit q̃ vigilet. ⁊ q ꝑus nõ exercet opa q̃ exerceat. In oppositũ arguit. Habitus est ꝑꝛ ꝓpatione sed vigilia se hz ad somnũ q̃dãmõ vt habitus ad ꝓpatõem Preterea. somn⁹ est impotẽtia sentiẽdi sensus.ꝓpter excessum vigilãdi. excessus ḡ vigilãdi cũ est cã somni. somnũ ꝓcedit. ⁊ ꝑ ꝑ⁹ vigilia. qz excessus vigilandi ꝑsupponit vigiliã. ¶ Solo. vigilia ꝓcedit somnũ. qz ꝑm Cõmentatorẽ somnus est recessus sensibil̃ aĩe seu potẽtie ab organis exterioꝛib; ad interioza corpis. q̃ quidẽ recessus fit ꝑ reciꝓrocatiõnem spũs sensitiui a sensu cõi in exteꝛiozes diffusũ. nihil aũt recedit vel reciꝓrocaṫ ab alio nisi ꝑus in eo fuerit. Ocũ ḡ ꝑntia spũs in exterioꝛib; sensib; faciat vigiliã. ⁊ retractio somnũ. nccẽ est vigiliam somnũ ꝓcedere. Jbi aduertendũ ꝑm Cõmẽtatorẽ in suo libello de somno q recessus ꝑtutis sensitiue ⁊ spũs ab exterioꝛib; sensib; ad interioza. ⁊ per ꝑ⁹ somn⁹ fit q̃ttuoꝛ de causis. Quaꝝ due sṫ ex ꝑte aĩe ⁊ due ex ꝑte disponũ que sunt in corpe vel in ꝓtib; corpis. Prima ex ꝑte aĩe est q aĩa instrumẽta sua q̃b; opaṫ reuocat ⁊ ꝓgregat ad opationẽ q̃ magis indiget ⁊ quã intẽdit. Et iõ cũ ꝓgregãtur in loco digestõis reuocat spm̃ ⁊ calorẽ ad interioza. qui reuocati ad interioza deserũt exteꝛioza. Et tũc depꝛimiṫ aial somno. Silr accidit qñ aliqs ꝑfunde cogitat apud se de re aliq̃ ⁊ maxime subtili. ⁊ diuina q̃ vix silẽ hz in exterioꝛibus reb; coꝛpalib;.tũc em̃ aĩe vigoꝛ ingrediṫ ad seipam. et silr sensus cõis. ⁊ retrahit secũ spũs ab exterioꝛib; organis. ⁊ desertis exterioꝛib; a spũ ⁊ calore grauat ea frigiditas. ⁊ sic incipit hõ dormitare Et ex hoc hoies dormiũt qñ audiũt subtilia de q̃b; subtiliṫ cogitãt. vel qñ sine audiꝛu subtiliṫ aliq̃ apud se tractãt. Eã eadẽ est ꝙre audiẽtes deuota frequẽter somno depꝛmunt. Ꝛt in dissolutionib; et nugis exĩtes vigilãt Quia in illṫ aĩa tota expãdiṫ in sensus.vt inqt Alb̃. Et isto mõ etiã accidit reuocatio spiritũ ex fortι cogitatõe vl̃ imaginatõe. vel memoꝛatõe ꝛc. qz p h̃ retrahunṫ calor ⁊ spũs ad interiozes sensus. Et iõ si talib; aliq̃d añ oculos ꝑsẽt nõ videt. Cũ em̃ oẽs potentie sint in vna aĩe ẽẽntia. iõ q̃ intẽdiṫ vna potẽtia in actu suo.cetere remittunṫ.⁊ nõ solũ potẽtie remittunṫ. sed vt dcm̃ est spũs ⁊ calor ad illã potẽtiã reciꝓrocaṫ q̃ in suo actu plus intendiṫ. Secũda causa est magna affectio circa aliquod sensibile. vt quãdo delectabilia vel concupiscibilia audit quis vel videt.tunc enim calor et spiritus subito ꝓtenduntur ad exteꝛioꝛa ⁊ cõsumunt humiduz qđ est in eis.⁊ euapoꝛat.et cum debilitatur et diminuiṫ vincit frigus et inducitur somn⁹. Jdeo reges et magnates ꝑm consilium pythagoꝛe ꝓceperunt musicos molliter canere cum vadunt dormitũ vt citius dormiant. Et hec est causa quare hoies ad melodias ⁊ symphonias dormiunt. Et ex eo forsan ꝓcessit consuetudo apud nutrices pueroꝝ q canunt.volentes pueros ad somnũ ꝓuocare. Prima autem causa ex parte coꝛporis est fatigatio et laboꝛ in quibus resoluuntur multipliciter per poꝛoꝛũ apertionẽ calor.⁊ spiritus.⁊ sic grauaṫ exteꝛioza somno quia natura sagax ne deficiant calor et spiritus reuocat eos ad interioza Et hec est cã q fatigati laboꝛe coꝛporis vel spiritus desideꝛet somnũ. Secũda causa ex parte coꝛporis est duplex.frigiditas scz vna ex cibo vapoꝛabiliṫ resoluto. Uapoꝛ enim resolutus spargiṫ in omnibus membꝛis.et ideo ꝓpellitur ab eis calor. et sic incipit obtinere frigus quod somnũ inducit, Secundũ frigus est ex loco ad quem fit cibi euapoꝛatio qui locus est cerebꝛuz qđ est frigidius omni parte coꝛporis vt dictũ est supra. Euapoꝛatio enim que mouetur ad ipsum infrigidaṫ et descendens frigiditate ingrossata tangit neruos sensibiles in radice qua procedunt ab oꝛgano sensus communis. et grauat eos et immobilitat. et sic somnũ inducit. Ocuius signum est q in dormiẽtibus exteꝛioza sunt frigida. et ideo multis coopertoꝛijs se tegunt.et coꝛpoza contractioꝛa ⁊ minoza hꝫbent ꝓpter frigus compm̃ẽs exterius ea. et pallent plus in somno. et ꝑcipue in ꝓncipio somni ꝓpter frigus quod compm̃it calorem et sanguinez ad interioza. Ex omnibus ergo h̃is colligitur q somnus est ligamentũ virtutũ sensibiliũ. et ex cõsequenti motuaruz cum augmento ⁊ confoꝛtatione eaꝝ. Vigilia autem est earũdem solutio cuz diminutione ⁊ debilitatõe earũ Et ꝓterea ꝺr Alꝑhoꝛabius Aꝛistotelẽ ꝑcepisse q homo debeat sꝑ seruare inter somnũ ⁊ vigiliã quasi mediũ. Si em̃

Libri de somno et vigilia Tractatus primus

plus inclinauerit ad vigilia debilitabunt & ꝓsument in eo spūs & ꝓtutes Si aūt plus ad somnū declinauerit tūc malis & grossis hūoribꝫ implebunt organa sensuū & grossus efficiet spūs. & p ꝑs hebes efficit ꝓtus in ipo Ad rōes Ad ꝑmā dōm q potētia sentiēdi absolute ꝓcedit actum vigilādi & sentiēdi. ꝓpria tñ sentiēdi ligata q dr vt sic impotētia ꝓpter reuocationē caloris & spūs (q dr somn⁹) ē vigilia & actibꝫ vigilie posterior Ad scdam dōm q fetus in matrice ꝓprie nō dormit sz cōiter loquendo de dormire ꝓut is dr dormire q naturaliter impotens est non ꝓpter excessum vigilie. sed ꝓpter organoꝝ indispositionez

Octauum dubium est.

Utr ꝙ somn⁹ sit passio ꝑmi sensitiui ¶ Et videt q nō. qa illius est somn⁹ passio qđ in somno ūmobilitat. sed ℔ nō ē ꝑmū sensitiuū g. Minor pz. Tū qr ꝑmū sensitiuū est cor qđ nūq̄ cessat moueri motu diastoles vel systoles. hoc ē motu dilatatōis & ꝙstrictōis. Tū etiā. si sensus cōis dicat ꝑmū sensitiuū nō videt eē passio ꝑmi sensitiui. Quia sensus cōis in somno nō ligat vt pz in somnio in q̄ mouet et opat. imo spūs & calor manēt in ꝑ⁰ sensitio. & ad ipsum ab exterioribꝫ sensibꝫ retrahūt Preterea. sensus ꝓticulares in somno ūmobilitant. g est passio sensus ꝓticularis

In oppo⁽ⁿ⁾ est determinatio phi. ¶ So⁰. est p se ꝑ⁰ passio sensus cōis. & ex ꝑnti passio aliox ꝓticulariū sensuum. Per accns aūt & ex nimia ei⁹ pfunditate ē passio oīm interioꝝ sensuū. & qdāmō intellcūs & volūtatis. Primū pz. qr illi⁹ ē p se passio q̄ ligato oīa alia ligant. hmōi est ꝑmū sensitiū. Ligato eiꝫ ꝑ⁰ sensitio oēs iteriores sensus ex ꝑnti ligant. cū a ꝑ⁰ sensitio ꝓtutē hēant sentiēdi p influctiā spirituū sensitioꝝ a sēsu cōi trāḡ a sentiēdi fōte ad exteriores sensus ꝓfluentiū p meatus neruoꝝ sensibiliū. Et ita passio q̄ est cōis sensibꝫ exterioribꝫ ꝙuenit ipis p aliqđ eis cōe qđ est ꝑmū sensitiū. Et ex ℔ pz ⁽ⁿ⁾ q ex ꝑnti inadeq̄te fit passio sensuū exterioꝝ. Quia p ℔ q ligat fons sensitiue ꝓtutis ligant & riuuli ex eo ꝓfluētes. cuiusmōi sūt exteriores sensus. Et qr ex ꝓfunditate sōni ligat sensus cōmunis q̄ntū ad vtrāḡ hitudinē. & etiā q̄ḡ ligant oēs interiores sensus sine q̄ꝝ āmīniculo nō opat intellcūs nec volūtas. ió nō solū p accns ligant ꝓtutes appetitiue & motiue in sōno. sz & intellcūs & volūtas Ad rōes Ad ꝑmā dōm q ꝑmū sensitiū simplr. qđ ē cor in somno nō ūmobilitat. vt ꝓbat arguⁿ⁾ q̄ntū ad diffusionē spirituū vitaliū. imo sic ꝙtinue mouet. tñ q̄ntum ad diffusionē spirituū sensitioꝝ dr ūmobilitari. p tāto qr spūs vitales ab eo ꝓfluētes sensitiui nō fuūt in ꝑ⁰ sensitio ūmobilitato & ipedito. ꝓpellunt eiꝫ & retrahunt seu reciprocant ꝓtus cor et epar. Ulⁿ ꝑmⁱ⁾ sensitiū nō ē ꝑma origo spūs. vez spūs ñ sp in sōno ad cor & epar reciprocāt. q̄mo manēt aliq̄ mō spūs in sensu cōi. sz eiꝫ ūmobilitet sensus cōis nec̄rio quā tū ad hitudinē quā hz ad hitudinē ꝑmā ei⁹. nō tñ q̄ntuz ad hitudinē scdam nisi p accns vt dcm est Ad scdaz pz solo ex dictis. qr sensus ꝓticulares ūmobilitant p se scdo. sed nō p se ꝑ⁰. Dicūt tñ alīq̄ q sensus ꝓticulares impfecte ꝑmⁱ⁾ aliq̄n ligant q̄ḡ sensus cōis. sz pfecte nō ligant nisi ligato sensu cōi. Sz videt poti⁹ ꝑrūm. Quia sicut se hz pfectū ad pfectū. ita impfectū ad impfectū. & ió si sensu communi ꝑ⁰ pfecte ligato ligant sensus ꝓticulares pfecte. nec̄e est etiā impfecte ligari sensus ꝓticulares ex impfecto ligamento sensus cōis. Per vapozes eiꝫ in cerebzo ingrossatos descēdentes ꝑ sus anteriozē ptē frontis ꝑmo ligat sensus cōis tam pfecte q̄ḡ impfecte anteq̄ḡ sensus exteriox valeat ligari perfecte vel imperfecte.

Nonum dubium est.

Utr ꝑmū sensitiū sit cor ¶ Et videt q sic. qr dr. p. in li. de morte & vita manifeste q ꝓtus aial & vital sint i eadē ptē. sicut i corde Nā fm eadē ptē aliqđ viuit & sentit. Cū g aial fm q aial viuit. fm eadē ptē aliqđ ꝑ⁰ est aial et viuit. & cū in corde sit ꝑn⁽ⁱ⁾ vite qr vbi est ꝑn⁽ⁱ⁾ & fons caloꝝ et spūs. ibi etiā erit ꝑn⁽ⁱ⁾ sensus Preterea ⁰. si sit aliqs sensus ꝓticularis nec̄e est eē sensuz cōem. sz in solo formato corde ē sensus aial. qr sensus tact⁹. qr si pūgat retrahit se & a ꝙueniēti dilatat se. vt pz in nouit formatis embryonibꝫ. vt dr. p. in li. de morte & vita. g in corde ē sensus cōis.

Preterea ⁰. ibi est fons caloꝝ & spirituū. g ibi est sensus cōis. & p ꝑs cor ē ꝑmū sensitiuū ¶ In oppositum est Auicēna dices sensuz cōem eē in pte medullosa anteriozi ipius cerebri ¶ So⁰. ꝓtingit loq̄ de sensu cōi dupliciter. vno mō ꝓprie vt ē in pfectis aialibꝫ iā formatis. & ℔ est in anteriozi pte capitis & ē in aialibꝫ pfectis ꝓpriū subiectū q. ipsius somni. sz aial sit subiectū qđ Scdo ꝙtingit loq̄ de eo ipzope magz ꝓut inuenit in aialibꝫ impfectz. & sic videt in corde vel i eo qđ cordi ꝓportionat Et qr embryo ꝑ⁰ viuit velut aial impfectū. ió cor in embryone est ꝑmⁱ⁾ sensitiuuz Dicit aūt Alb. q verisile ē aliter eē in anulof & puis aialibus & talit in alijs. In puis eiꝫ valde minuta sūt capita in qbꝫ impossibile ē distingui organa sensuū. & in illis corda facta sūt & forte non ꝓnt hmōi organa distincta in capite fm vias sensus cōis q̄s hz & qbꝫ ꝙtinuat ad organa distincta sicut in alijs aialibꝫ. Et ita cor in talibꝫ aialibꝫ ē organū sensus cōis. Et huⁱ⁾ signū ē apis crocea q̄ vocat apis ceca q̄ oculos hz in posteriozi ꝑte corpis post succinctoriū In aialibꝫ aūt magna capita hūtibꝫ ē organū sensus cōis in capite fm oēs pipateticos. licz post. fluxus sensuū sit a corde & ad ipm referat. Et ió somn⁹ nō est cordis passio ꝓpria sz ꝑmi sensitiui a corde tāḡ a ꝑ⁰ principio originali ter effectio ꝓcedētis Ad rōnes dōm. Et ad ꝑmā q ꝓtus aialis & vital sūt in eadē ptē originalit. i. in corde vbi est fons caloꝝ & spirituū sz nō ꝓprie. loquēdo de ꝓtute aiali distincta et determinata. q̄lis inuenit in pfectis aialibꝫ vt hmōi. Sec⁹ in impfectis in qbꝫ organuz sensus nō est determinatū. sz pmiscet organo ꝓtutis vitalis. & in aialibꝫ impfectis ē cor vel cordi ꝓportionabile. Et p ℔ pz so⁰ ad alias duas rōes. Quia ꝑma oñdit organū nō solū sensus cōis sz cuiuslibet sensus materialit coincidere cuz organo ꝓtutis vital q̄ est in corde. & scda q̄ in ordie ª est. oñdit cor eē ꝑ⁽ⁿ⁾ sensitiū originalit sz nō ꝓprie pcā sentiēdi ꝓtute

Decimum dubium est

Utr dormientes possint facere opa vigilātiū Et videt q nō. qr dormiēs nō ē vigilās sicut somn⁹ nō ē vigilia. q̄ nō ꝑt dormiēs facere opa vigilātiū. In oppositū est veritas quā declarat. p. in libro de ꝓblematibꝫ. Qui vt dicit Albtus ad nos nō ꝓuenit licet fateaī se vidisse q̄dam excerpta de ipso ¶ Solo. quedā opa vigilantiū facere ꝑnt. sed nō oīa. Scdm pz. qr illa que sunt vigilantibꝫ ꝓpria sicut videre. audire. gustare ⁊c. vt ꝓbat rō sup̄ facta. nō possunt dormientes. Primū pz. qr cōiter oīa aialia vtuntur q̄ḡ talia ꝑnt. sicut loq̄. localit moueri. pcurere ⁊c. q̄ ꝓprie exercent p virtutē motiuā. talia aūt sūt vigilantiū opera. Pro cuⁱ⁾ declaratōe sup̄ponendū est q ad motū & actuz

De contingentibus circa somnū.

vigilio. hmōi reḋrunk cria ſm. p. in fine tercij de aīa ſcz ꝑn cipiū directiuū. appetituū. z executiuū Principiū directiuū ē phātaſia vel intellect⁹ ꝑfectus oñdēs appetitui aliq̄d ſub rōe boni ꝓſeḋbilis vel mali fugibilis Appetitiuū eſt appetit⁹ ſenſitiu⁹. iraſcabil' vl' ꝓcupiſcabil' vel volūtas ſeu appetit⁹ intellectiu⁹. Executiuū āt eſt ꝑtus motia q̄ originalit' in poſteriori ꝑte neruoſa capitis ē z expandit' p neruos ad mēbra mobilia tot⁹ corꝑis. Quo ſic ſuppoſito. ꝓbatur ꝓpoſitū. qz oīa ꝓncipia illa ad motū hmōi req̄ſita inueniri ꝑnt in vere dormiēt⁹. ḡ in eis ꝑnt inueniri mot⁹ ſeu opatio q̄ dicunt vigilātiū. Et h̄ q̄dez in ꝑmis manifeſtū ē de phātaſia q̄ vtiq̄ ſicut alij interiores ſenſus in ſono diſſoluit' vt manifeſtāt ſōnia. Et ḋa intellect⁹ nō ligat' p ſomnū niſi ſolū p accīs. ī ō ꝓtingit intellectū etiaz q̄uolūt diſſolui. De appetitu ꝛo ſilr iudicādū ē q̄m appetitiuū ſeq̄t in ea ꝑte apꝓhenſiuū. adeo etiaz inſepabilit' q̄ appetitiū. ḡdū vite nō ponit diſtinctū ꝑtra apꝓhēſiuū De ꝑtute āt motiua difficultas maior eſt. Quia illa plerūq̄ in dormiēt⁹ claudit'. Jp̄a nihilomin⁹ aliq̄ ſoluit'. z hoc q̄dē caliditate ſeu caloꝛe q̄dā innaturali cui⁹ ꝑn⁹ ꝑt eē ira nimia. vel ꝓcupiſcētia. vel cib⁹ calid⁹. vel aliq̄d tale. tali em paſſiōe caloꝛ z ſpūs diffundūt' repellēdo frigiditatē ab oꝛgano motiuo z ipm ad motū laxādo. Cui⁹ ſignū eſt q̄ mēbra inferiora citi⁹ mouent' in talib⁹ q̄s ſuꝑioꝛa. z unt' ſuꝑioꝛa citi⁹ mouēt' oīa q̄s oculi. oculi em ꝓmi ſtz frigiditati deſcendenti. ſeu vapoꝛi infrigidaro deſcendenti. vñ illa opa vigilātiū fiūt facili⁹. et illa mēbra facilius mouent' q̄a frigiditate citius ſoluunt'. z ideo ſepius dormientes loquuntur q̄s ambulent.

Vndecimū dubiū eſt

Utrū tales opa hmōi faciētes ſimplr dormiāt Et videt' q̄ nō. qz tales mouent' ad rē ſenſibilē q̄ſi viſaz vel auditā. vt pcutiēdo inimicū Scdo ſic. ſenſus tact⁹ in talib⁹ ſoluit'. ſz ipoſſibile ē dormiētē ſimplr tāgere vel habere exercitiū tact⁹. Tercio. dormiētes inq̄t Alb. ꝓtigit ad irerrogata rndere q̄d nō eēt poſſibile niſi auditu ſoluto. ḡ nō dormiūt ſimplr. ¶ Sꝺ. ſic. Cui⁹ rō ē. qz mouēt' ex phātaſmate in ſomnio. vñ faciūt opa hmōi in renebz ſicut in lumīe. Et qz ſomnū q̄ diriguntq̄ aliq̄n eſt vex. aliq̄n vero erroneū. ī ō q̄ñq̄ multipl'r decipiunt' z ſe offendūt vel cadēdo ſe ledūt' vſq̄ ad mortē. Sic etiā aliq̄n dormiētes. ſomniātes ſe in loco debito z ſecreto. ꝓiciēdi ſuperfluū ſcde digeſtōis ſtratū ſuū inq̄nāt Ad rōnes Ad primā ḋm. q̄ h̄ ſolū ē p accīs z a caſu. Sōniāt em q̄ñq̄ inimici cū in loco tali vel tali ad quez tūc ex phātaſmate ſomniali mouēt' z pcutiūt inimicū Q̄z āt h̄ ſit p accīs pz. qz aliq̄n colūnā vl' lignū aut aliq̄d hmōi ipugnāt. p inimicz Ad ſcdam ḋm q̄ tactū nō ꝓnt ſoluti ſimplr. ſz ſolū ſm q̄d z valde ꝓfuſe ſm q̄ ſufficit ad h̄ q̄ inſtrumēta corꝑis valeant extēdi ad motū localē. Et q̄ pz q̄ oīno adeo pfecte z ꝓfunde nō dormiūt. ſicut hi q̄ opa hmōi nō faciūt Ad tertiā ḋm q̄ ſimplr dormiētes loq̄ ꝓnt z facili⁹ q̄s ambulare. ſed ad interrogata neq̄unt naturalit' rndere niſi impfecte z lāguide dormiāt z cōfuſe audiāt. et hoc accidit q̄ñ p accīs interrogant' ſm diſpoſitōem ſomnij. Illis ſimpliciter dormiendo nō reſpondēt niſi p accidens vel per immiſſionē ſpiritus boni vel mali.

Duodecimū dubiū eſt

Quare dormiētes hmōi ſepe euadūt maxīma pericula que vigilātes euadere nō poſſent puta q̄ñ ambulāt ſup tecta domoꝝ ¶ Sꝺ. hoc ꝓuenit ex eo. qz nō h̄nt imaginatiōnē periculi q̄ imaginatio facit caſuz ad min⁹ in corꝑe imaginātis etſi nō in corꝑe alteri⁹. ꝓut voluit Auicēna Quapꝛopt' hoies lignū longū in loco alto z ꝑiculoſo poſitū nō ꝓnt ſine ꝑiculo caſus ꝑtranſire. qđ vtiq̄ tranſire ꝑnt in loco alio poſitū vbi nō h̄nt imaginatōez caſus Et q̄ etiā phīlek' in alto loco exīntib⁹ ne inferius reſpiciant ne in imaginatōez caſus incidāt z deoꝛſuz labant' Et ꝑterea cū q̄ñq̄ ſubito dormiētes hmōi excitant' z ſe in ꝑiculo poſitos ꝓſpiciūt ḡuiter ſe ledūt. Et qz vocatōne ꝓpꝛij nois citius excitant'. ideo illo vocati z excitati ſepe ledunt' imaginatōe caſus z ꝑiculi. Alia āt cā magis theologicalē aſſignari ꝑt. q̄m cū ſm theologos vnicuiq̄ deputat⁹ ē ad cuſtodiā bon⁹ angel⁹ ſicut z mal⁹. Angel⁹ āt bon⁹ maxime illos tuet' q̄ ſui cuſtodes eſſe nequnt. z ob h̄ pueri z fatui cadētes nō adeo facile ſe ledūt quēadmodū ꝓuidētes ſua culpa ſe nō cuſtodiētes. tales ḡ boni angeli ſua cuſtodia tuent' dormiētes z opa vigilantiū facientes. Poſſet etiam hoc accidere illuſione ſpūs et angeli mali p hoc hominibus illudentis

Decimūtertiū dubiū eſt

Quare dormiētes remiſci ꝑnt et mēoꝛari ſua ſomnia nō aūt opa vigilātiū ſi q̄ fecerint ¶ Sol'. h̄ iō eſt. qz ſimulatū ſomnij ꝓfecte imꝑmi ꝓtigit ſenſui cōi et ꝓnr ꝓgredi ad imaginatiuā z ad memoꝛiā. z ita ei⁹ ꝑt ꝓfecte eē memoꝛia vel impfecte ſicut alteri⁹ rei. Et maxīe q̄ñ ſomnia fiūt cū aliq̄ ammiratōe. Sz qz opa vigilātiū p dormientes facta nūq̄z ſenſu exteriori ꝓceperūt. eo q̄ ſenſus ligati ſtz. ī ō cū mēoꝛia z remiſcentia ſunt eoꝝ q̄ ꝓius in ꝑteriꝛo apꝓhenſa fuerunt nō poſſunt illoꝝ opeꝝ reminiſci. vel memoꝛari q̄m eoꝝ nunq̄z ſenſum habuerunt.

Decimūquartū dubiuz.

Utꝝ coꝛ ſit ꝑn⁹ ſanguis. ¶ Et videt' q̄ non. qz ḋr. p. in lra q̄ aliq̄ deſoꝛis ingredīēte deſert' ad venas medias int' coꝛ z epar. z ibi ꝓmutatū in ſanguinez. ꝑtīt' ad ꝑn⁹ et ad coꝛ. eſt ḡ ſanguis añq̄z veniat ad coꝛ. ḡ coꝛ nō eſt ꝑn⁹ ſanguinis. Qđ ꝛfirmat'. qz ps dextera in q̄ ē epar ē foꝛtioꝛ in caloꝛe q̄s ſiniſtra in q̄ eſt coꝛ. in loco āt calidioꝛi videtur ſanguis generari. Solꝺ. ſic. Et ad h̄ eſt auctoꝛitas. p. in lra dicēt' q̄ coꝛ eſt ꝑn⁹ ſanguis. Et h̄ etiā ḋr. p. in li⁹ de aīalib⁹. Qđ ꝛfirmat' ſic. qz ſz Galien⁹ dixerit ꝑn⁹ venaꝝ eē epar tn in veritate ꝛnū cuz pbo tenēdū ē dicēte in textu oīm venaꝝ ꝑn⁹ eē coꝛ. ſz ideꝝ videt' ꝑn⁹ venaꝝ et ſanguis q̄ naturalit' in venis locat'. ita q̄ extra venas ſtatim coꝛrūpit' ḡ coꝛ ē ꝑn⁹ ſanguis Maioꝛ ꝓz. qz vene q̄ ꝓtēdunt' ab epate ad coꝛ non h̄nt ꝑn⁹ in epate ſz officia in epate ſint maioꝛa. z in coꝛde ſtrictioꝛa. Quia ſtrictioꝛa ſtz in coꝛde. z latioꝛa in epate. vt eo melⁱ⁹ coꝛ ad ſe ſugat cibi colamētū ſeu benignū digeſtōnis ſcde. facte in epate. Jbi em cibi colati fit ſublimatio ad venas. z ibi in ſanguinē vertit' circa gibbū epatis. Et tūc qđ ſic in collo venaꝝ ſublimatū ē qđ ē int' coꝛ z epar vadit ad venaꝝ ꝑn⁹ qđ ē coꝛ ibi accipiēs ꝛturē oīm mēbꝛoꝝ. q̄ virture fert' ad q̄lz mēbꝛa ſic ad naturalē locū z manet ſāguis vſq̄ ad extremitatē venaꝝ. z tūc mutat' in glutē z cābiū z apꝑt hūoꝛ albꝰ q̄ videt' q̄ñq̄ effluere a ſubito decollatz ad moduz lactis. vt ḋr Alb⁹ Ad rōnes Ad ꝓmā ḋm q̄ i epate vel epatis gibbo z in venis intermediis ſeu in collo

venaꝝ nō ē sanguis ver⁹. sz ipfect⁹ z epatꝯ. Nec ille sanguis ē sedes aie. q̄ ablata nō maneret aia in corpe Jn corde ār accipit verā sanguinis rōem z ꝓtutē oim mēbroꝝ q̄ꝝ oim vl'r causale ꝓncipiū cor ē Et ita breuit' dici posſz forsan p distinctōem ad q̄situ q̄ sanguis epatalis ī epatis generat gibbo. sz arterialis z cordialis seu pulsatilis q̄ p arterias ferꝝ p totū corp⁹. solū generat in corde. Ad ſcdam dōm. q̄ cor ē mēbrū calidiſſimū. sz lat⁹ dextꝝ sit calidi⁹. q; ꝓt⁹ calefactiua directe ꝓ sus dextrū lat⁹ dirigit q̄re z ex cordis z epatis caloꝛe ꝓfortat. Et ergo mot⁹ localis incipit a dextro ꝓxime

Decimūquintū dubiū ē

Utꝝ somn⁹ causet ex euapoꝛatōe nutrimēti Et videt q̄ nō. Quia euapoꝛa⁹ calida ē; Sōnus ār ex frigiditate puenit. Preterea Quia multa sunt aialia q̄ dormiūt nō suscipiendo nutrimētū. vt ꝑz de ranis z silib⁹ q̄busdā q̄ p totā hyemē dormiunt Solo Sic Sicut ex cā originali. Qđ declarat pbus p sex signa. Et h̄ ꝓfirmat. q; frigida vt inqt Albꝛ⁹ nō malum sanguinē generātia q̄ tpank aromatib⁹ valide. tpartū generāt somnū. Et ī dixit Galien⁹ q̄ q̄libet die olera frigida comedo ex lactucꝯ cū aromatib⁹. q; diligo somnū cū sim tā senex. Causa ār ꝓpinq̄ ē recessus ꝓtutꝯ sensibilis ab exteriorib⁹ mēbris. et reciꝓrocatio caloꝛis z spūs. in q̄ ꝓtus deferꝛ ad iteriora: Que ꝓuenit ex q̄ttuoꝛ causis. s. ex ꝓfunda cogitatōe ex affectōe magna. ex laboꝛe corꝑali. z ex euapoꝛatōe ei⁹ bali sursuz ascēdēte infrigidata. Quaꝝ due ꝓme tenent se ex pte aie. z alie due ex pte corꝑis. vt supꝛ dictū ē. Jn signū cui⁹ hec vapoꝛosa ingrossata humiditas ꝓ sus interius capitꝯ descēdit. q; ibi sunt vie z poꝛi p q̄s vel quos defluit z purgat. Un phlegma de illo resudās defluit z purgat p nares. qđ melācholicum ē purgat p oculos. qđ cholericū ē z incineratū p aures. Sāguis ār. q; benignissimū humidū ē purgamētū suū nō hz. Et inde ē inquit Albꝛ⁹ q̄ dormientes in doꝛso post bonā refectōnem frequēter incipiūt stertere. eo q̄ supfluitates grauedine sua declinār a vijs suis naturalib⁹ z nō fluūt ī eas z tūc claudunt vias anhelit⁹. z ex tali ꝓstrictōe fit son⁹ stertentiū Pingues ār stertūt ex abūdāti z supflua phlegmatica humiditate claudēte deuio cursu suo viā anhelit⁹ Ad rōes Ad ꝓmā dōm q̄ euapoꝛatio vt hmōi nō inducit somnū inq̄ntū actu calida. sz igrossata p frigiditatē somnuz īducit. Ad ſcdam dōm q̄ talia aialia cū in estate plus nutrimēti accipiāt q̄ꝫ in estate digerere valeāt. ī o p totā hyemē caloꝛ recipꝛocatur ad digestionē nutrimenti ꝑ hyeme assumpti.

Decimūsextū dubiū est.

Utꝝ statim post alimēti assumptōem expediat dormire Et videt q̄ sic. Quia vapoꝛ cibalis est potētioꝛ et grossioꝛ vñ somn⁹ causat. Solo Nō Jmmo ꝓcipit Aresto. in de regimie ꝓncipū z dño⁹ post cibaria moue re z leui motu ābulare donec resideat cib⁹. Licet eīn vt ꝓbat obiectio maxime locū habeat euapoꝛatio somnifera. cū q; tūc resolutꝯ a cibo nō colliq̄to. ī o fumi st̄ grossi et terrestres z incensi. Et ī o dormiens statim post cibū fumi hmōi ꝓfusum faciūt somnū. Immo dormiēs pūct⁹ caloꝛe mouet de latere in latus. z iacere nō ꝓt q̄ꝛus. Et grossi fumi eleuati sua grossicie obstruūt poꝛos. ī o frequēter talis somnus inducit surditatē z cecitatē vel aliquod hmōi. vt inqt Albtus. Cū aūt p vigiliā caloꝛ z spūs extra detinent. nō ita ꝓt fundare cibū. quāmo cū sua gratitate descēdit. z tūc id quod leuius et purius est remanet et sublimat⁹ in venas z ꝙuenies fit somnus Ad rōem dōm q̄ licet euapoꝛatio sit tūc grossioꝛ tamē aliquid obstat quo suauitas somni quo ad nature cōuenientiā impedit⁹ vnde somnus finalioꝛ solet esse dulcioꝛ.

Decimūseptimū dubiū

Utrū ꝑs maioꝛ nutrimēti in pueris ferat⁹ sursum ¶ Et videt q̄ nō. q; maioꝛ est caliditas in iuuenib⁹ q̄ꝫ in pueris q; in pueris est multū humiditatis Humidū ār hebetat calidū. iuuenes aūt st̄ plus sicci. siccū aūt est lima caloꝛis Sed caliditas in iuuenib⁹ nō facit plus de nutrimento sursuz ferri. q̄ nec sic erit in pueris. ¶ Solo. sic. fm dictum ꝑi in textu. ꝓbātis hoc p duo signa. Tū q; supioꝛa mēbra in eis sunt maioꝛa. Tū q; in q̄nq̄ mēsib⁹ neqūnt colligi ꝓtrere. Et ꝓfirmat ex fine z efficiēte z materia Ex fine cū mēbra supioꝛa sint ꝓncipalia. natura in ꝓncipio est de talū salute magis sollicita. z ī o facit plus de nutrimento sursuz moueri. Ex efficiēte z materia sil'. q; in puer⁹ magnus caloꝛ est. sz hebetatus aliq̄liter humido. est etiā in eis subtile hūidū facillime euapoꝛabile et resolubile sursuz. q̄ in eis plus de nutrimento subtili. calido. bñ actuato sursum mobili. Et hac vltima de cā in viris mēbra supioꝛa st̄ ceteris ꝓportionabilit̄ maioꝛa. ꝓrer sz dominū caloris. Jn mulieribus aūt inferioꝛa st̄ grossioꝛa. z ob h̄ viri cadētes ruūt sup collū. caput. vel humeros. graui collisiōe Mulieres ār cadūt sup posterioꝛa. z ī o nō adeo collidūtur. Propt̄ h̄ etiā viri in ꝙs mergunt cū capite ꝓ sus sunt. Mulieres ꝓo cū posterioꝛib⁹ hūtes caput sursuz. Jn iuuenib⁹ aūt sz caloꝛ sit acutioꝛ. q; non ita hebetat humido. tū in illis non est tantū de subtili hūido resolubili. z ꝙ ꝑs nō adeo in eis augent⁹ ptes superioꝛes sicut in pueris

Et per hoc patet solutio ad obiectū

Decimūoctauū dubiū

Utrū laboꝛ corꝑal' z spūal' eodē mō sint somniferi Solo. nō. q; laboꝛ corꝑal' somnifer⁹ ē. eo q; colliq̄tiu⁹ est hūidi interioris. Hoꝛ⁹ eīn intus exīs caloꝛe excitat. z ꝓterea p laboꝛē euapoꝛat hūidū cibi siue ꝓgelati. siue viscosi. Et teri⁹ etiā aperit poꝛos p q̄s euapoꝛare facit spūs z caloꝛē. Et ī o ex laboꝛe tandē inducit frig⁹. retrudēs caloꝛē z spūs ad interioꝛa. somnū inducēdo. Et q; laboꝛ corꝑalis colliq̄tiu⁹ est hūidi vl'chimi ꝓgelati. ī o vt ār Alb. ꝓcipit his q̄ malā pinguedinē hūtes. insones effecti st̄ q̄ laboꝛēt vt sz laboꝛe liq̄scat in eis hūidū ꝓgelatū vt sua vaporabili resolutōe somnū inducat. z caloꝛe digerēte ꝓfumat supfluū z diuidat viscosuz. z sic redire facit ad pulcritudinē coloris z ad statū sanitatis. vbi al's hūido illo nō colligto ipetu caloris fiūt somni inexcitabiles z diuerse egritudines z canicies. Laboꝛ aūt ē spūalis somniferus est q; a sensibus auertit z sic ad interius diriguntur caloꝛ z spiritus tali laboꝛe spirituali

Decimūnonū dubiū est

Utrū pueris z nutricib⁹ officiat vinū ¶ Et videt q̄ non q; vinū ē pot⁹ nature ꝙuenientissim⁹. Quia cū sitis sit appetit⁹ frigidi z humidi. nō est frigidi formaliter z virtualiter simul. sed formaliter frigidi et virtualiter calidi. Quod eīn est formaliter z virtualiter frigidū est mortiferū. sed

De causantibus et cōtingentibus circa somnū

vinū est formaliter frigidū ⁊ virtualiť calidū. ℊ his quib⁹ maxie necc̄ria est nutritio optim⁹ potus cuiusmōi est vinū nō officit sz poti⁹ ꝓficit ¶ Solo sic. vt ðr. p. qz cū vinū sit fumigatiuū seu euaporatiuū. lz nim⁹ cꝫ medo. iō puer⁹ q̄ maxie abūdāt euaporationib⁹ ꝓpter nutritiōem ret augmētatōem ⁊ maxie sunt somnoleti multū officit. Vinū em̄ inducit epilentiā ⁊ silēs infirmitates. Et qz ꝑtus nutrimēti manet in lacte nutricꝫ. iō nutricib⁹ etiā officit vinū. nō ꝓ se seu suis ꝓpōnis. sed ꝓ ꝓlib⁹ euitādū. Et ob hoc ðr ꝑbus. q̄ nihil differt nutrices vinum bibere ⁊ pueros Limphatū aūt fortiter ⁊ multū non nocet bibentib⁹ nutricib⁹. Cōuenientissimū aūt nutrimētū pueroꝝ ē lac In quo fm medicos est triplex materia. s. Butyꝝ qđ instaurat humidū radicale. ⁊ ipm spm cōfortat. Subā caseica seu coagulū qđ est ꝓsolidatiuū mēbroꝝ ⁊ nutrit ꝓres melācholicas scz ossa ⁊ neruos. Et cerū mūdificatiuū mēbroꝝ qđ tanꝫ vehiculū p singula membra secū ducit nutrimentū. Vlexꝫ tn̄ est q̄ vinū plus officit pueris ꝙ sibitū cꝫ p nutrices. qz in sua suba vinū est plus vapozatiuū cꝫ in lacte virtualiť ꝓtentū Ad rōem dom̄ q̄ lz vinū ꝙ se sit potus cōuenientissimus vt ꝓbat obiectio. tn̄ ꝙ accūs maxime nocet iuuenib⁹ ꝓpter abundantiā fumalis euaporatōis. vt dcm̄ est. q̄ sursum ascendēs adeo perturbat cerebꝝ vt infra spaciū q̄nqꝫ ꝑmoꝝ mensiū nec verba nec signa notāt. Multus em̄ fluxus hūidi non sinit forꝫmas signoꝝ in eis stare vt i eis aliq̄ ꝓceptio fiat. Et hāc humiditatē vocat Plato cratherē lacteū in q̄ obliuiscunť aīe eoꝝ q̄ pri⁹ in ꝓpar⁹ stellis exūtes sciuerūt. Vñ quibus hmōi fumales euaporationes desunt sicut senibus vinum est cōuenientissimū velut lac pueris. Vnde vulgo dici solet. Vinum est lac senum

Vigesimū dubium est.

Quare melācholici stz ceteris magis edaces ⁊ tristes ¶ Solo. qz locus interior digestōis. s. frigid⁹ est ⁊ siccus ex frigido ⁊ sicco ꝓuenit appetit⁹ multū comedēdi. Frigidū em̄ sp grauādo descēdit vsqꝫ ad ꝓfundū stomachi. siccū aūt nō est vapozatiuū. lz ad fortē calozē soluz grosse fumigat. vñ causať melācholicis terroꝝ qñqꝫ. Et sic superioza stomachi in melācholicis sp manēt vacua. ⁊ hec vacuitas est cā famis. calor aūt debilis pungendo stomachi orificiū ꝓuocat desideriuz. ⁊ facit venire ad os id qđ sua ꝑcutura facit sensuz famis. Jn his aūt q̄ calidi stz ⁊ hūidi scz sanguineis vel saltē hūidis vt in phlegmaticꝫ nō fit tale desiderū. Caliditas em̄ in talib⁹ facit euaporare fumū stomachi et vapoz replet ipm orificiū supius ⁊ tollit desiderū. et h idē facit calor in sicco vt in cholericis. sz minus. Hūiditas aūt frigida est viscosa ⁊ sepe adheret orificio stomachi. ⁊ tollit desideriuz adeo q̄ etiā inducit nauseā et fastidiū. Et ex eadē cā melācholici stz duri non permobiles de facili ad aliqđ et oīno nihil iocūditatis habēt Jocūditas em̄ vt supꝫ dcm̄ ē ꝓuenit ex subtili sanguine quē mouet tpata caliditas Jsti aūt melācholici oīno ꝑie dispōnis stz. hn̄t em̄ grossiuz ⁊ grauē sanguinē quē cōprimit frigiditas ꝓplexionis. Et huⁱ⁹ signū est q̄ iuuenes et pueri sunt multū lusiui. et iocundi. subtili. ⁊ tēperato. sanguine calido abundātes. Senes autem et exiccati et frigidi. graues sunt et seueri

Vigesimū primū dubiū

Utruz in somno inferiora sicut interiora stz ceteris ꝓtib⁹ corꝑis magis calida ¶ Et videť q̄ nō. qz ꝫ naturā calozis ē poti⁹ deoꝛsuz cꝫ surſū ascēdere. ℊ ꝓres supiores erūt magis calide Preterea. pl⁹ distāt pedes a fonte calozis cꝫ caput. ℊ pedes in somno frigidiozes stz capite. Sed Nā hūidū vapozabile in capite dozmientis infrigidatum descēdit ad supioza faciei ⁊ tūc ꝓcidūt palpebre. vñ in sono infrigidant pl⁹ supioza cꝫ inferioza. ⁊ exteriora cꝫ interioza. Supioza q̄dē pl⁹ infrigidanť inferioꝛib⁹. qz ad inferioza descēdit grossius hūoꝛ sanguis calefacti ⁊ nō infrigidati ꝓ cerebꝝ. ⁊ ob h freqnter dozmientes pedes moueť. Qz aūt imobilitanť crura in somno. h est tō. qz nerui motiui q̄ a capite venīūt in suis ꝓncipijs imobilitanť ab hūoꝛe frigido surſum exīte in posteriori capitis ꝑte. Jnferioza vero tō calefūt. qz stz iuxta fontē calozis. Ad rōnes. Ad ꝑmā dom̄. q̄ vez ē ceteris paribꝫ ⁊ nisi aliud obstaret. Hic āt calozis ascesus. ꝓ frigiditatē descēdētis hūoꝛis. philek. ⁊ iō deoꝛsuz descēdit. ingenit⁹ grosso sanguini. sua ḡuitate deoꝛsuz descēdenti Ad scdam dom̄ q̄ pedes plus distāt a fonte calozis. ⁊ ꝓpterea ꝓ se nō stz magis calidi. sz ꝓ accūs scz ꝓpter ḡuitatē sanguis grossi descendētis ad iferioza mēbra. ⁊ ꝓpter descēdentē hūoꝛē frigidū. ꝓhibentē ascēsuz sanguis subtil' et calidi. Et dicūt alіq̄ q̄ tāta frigiditas in somno occuper ꝑtes supiozes q̄ aīalia maxie timida q̄ ꝓpter timoꝛē cꝫdiu pūt detinēt oculos optos dozmiūt oculi aptis. qz añꝫ octi in talib⁹ claudanť calozе recipꝛocato ꝓ frigus palpebre rugank vt claudi nō valeant. Dictū tn̄ est supꝫ de lepoꝛib⁹ q̄ palpebras non habeant nec eis egent ꝓpter oculoꝝ duriciem. ⁊ q̄ iō apertis oculis dozmiant.

Vigesimū secūdū dubiū

Utꝝ ꝓpletio digestōis sit cā naturaľ ipius dissolutiōis soni ¶ Et videť q̄ nō. qz multi euigilāt añ digestiōis cōpletōem ¶ Preterea. somn⁹ nō est ꝓpť digestōez. ꝫ ꝓpť vigiliā ad quā reqrik q̄es sensuū q̄ sp i exercitio suoꝝ actuū ee nequnt. Jn signū cuⁱ⁹ nihil comedētes sōno nō egent. Silr nō dozmiētes in vigilia cibū digerūt. Sed. expgefactiōis duplex ē cā. s. p se ⁊ p accūs. Per se ē ꝓpletio digestiōis. ⁊ p ꝑns victoria caliđi sup frigidū Cōpleta em̄ digestōe nō solū ptialiť sz totaliť h est segregato sanguīe puro ab ipuro. calor et ipūs instaurari ad exteriora mēbra diffundiť ad actꝰ vigilie. Cā aūt p accūs est q̄d ꝑter modū nūc tactū facē ad aptōez meatuū. q̄ spūs a pⁿ sensiti uo ad organa exterioꝝ sensuū diffundiť. siue sit nimi⁹ metus aut nimia cura seu solliciтudo q̄ q̄s mouek phātasiando. cogitādo ꝓpť anxietatē. Aut inordinať motus cozdis vl accūs dolor alicuⁱ⁹ mēbri ⁊ maxie capitꝫ Leso em̄ capite vl oꝛgano interioris sensus. spūs ⁊ calor naturaliť in adiutoriū illi⁹ mēbri ad ipm abūdant deferūť. ⁊ sic sōnū dissoluūt Ad rōes Ad ꝑmā pz solo ex dictis Ad scdam dom̄ q̄ somn⁹ nō est ꝓpť digestōez finaliť sz ꝓpť vigiliā. Ad vigiliā em̄ somn⁹ sufficiēter non ꝓmouet nisi p digestōez q̄ spūs instaurank Nā si in sōno nō fiat digestio alleuiari q̄dē poterūt membra exterioꝝ sensuū ab labore fatigatio. sz spūs nō istaurarēť. sz poti⁹ depauparēť. et sic debilitarek dozmiēs. Ad q̄etē ḡa fatigatio laboꝛe nō reqrik somn⁹. qz ad eā sufficit ꝙatio nuda sensitiua ꝙatio nū exterioꝝ sensuū. Et qñ dz. nihil comedētes somno nō egēt. verū est q̄ ad digestōem ꝑficiendā in se. egent tn̄ ꝓpter spirituū generatōem ad quā finaliť ordinať digestio. Et licz in vigilia digestio ꝑficiatur. nō tn̄ adeo ꝑfecte sic

cur in somno. nec spūs cū quiete mēbroꝝ adeo ꝓuenīeter generat ꝓpter defectū ⁊ depauperatōem caloris q̄ fortifi cat ꝑ eius reciꝓrocatōem in somno qđ nō fit in vigilia.

Vigesimūtertiū dubiuz

Quale regimē somni plus est salutare ⁊ expediens dor/ mīeti ¶ Solo. vt dr | Alphorabius Arestotelē dixisse in de regimīe dñoꝝ ad Alexandrū. Homo dz seruare me/ dū inter vigilīā ⁊ somnū. Naz nimia vigilia extenuat. et vires debilitat. caloꝛē ⁊ spūs cōsumēdo Preterea. per nimiā vigiliam grossi vapores derelinquunt incōsump ti ⁊ generāt grauedinē qñq̄ capitis a q̄ nō liberant nisi ꝑ sternutatōem vel ꝑ somnū. Nimꝰ aūt somnꝰ officit ꝓpter duo Primo. qr pessimas inducit infirmitates. eo q caloꝛ reciꝓrocatus attrahit peccātes ⁊ malas materias a cor/ de ⁊ epate. ⁊ ab intestinis ad stomachū. ⁊ exꝓnti ad spūa lia mēbra ⁊ ea incēdit ibi. Scđo qa caloꝛ reciꝓrocatus ꝑ somnū ad interioꝛa nō inuenīes materiā ex q̄ spūs vale/ at cōfortari ⁊ reparari tūc multiplicatus ⁊ diffusus cōsu mit humidū vñ spūs generari deberēt. imo cōsumit radi tale humidū. Tercio nimio somno oꝛgano sensuū oppila/ ti grossis humoꝛib⁹ ledunt. vt supꝛa dictū est. Quarto Nimius somnꝰ grossos generat humoꝛes ⁊ spūs et he/ betu dinē mentis generat. ⁊ iō licet robustioꝛes reddant ex nimio somno. suppositō q̄ in stomacho sit sufficiens ci/ bus ad digerendū tū obtusi fiūt ⁊ ad vsum rōnis inepti/ oꝛes. Vñ sequtur q̄ rusticis ⁊ laboꝛatoꝛib⁹ plus est ꝓsulē/ dū q̄ ad excessum declinēt somni. Et silr senib⁹ defectum patientib⁹ in hūido nutrimētali. licet nō phlegmatico. cō sulendū est q̄ bñ doꝛmiāt. somnꝰ em̄ actuās humidū nu triens valde ꝓlongat eis vitam ⁊ conseruat

Vigesimūquartū dubi.

Vtrū somnus sit dimidiū vite ¶ Solo sic. duplici intel/ lectu. Primo qr cū vita sit duplex (scilt sensitiua sensuuz exterioꝛū) scz prima ⁊ secūda. Jn somno aūt suspendit vi/ ta secūda remanēte vita ꝑma. Jdeo cū vita tota sensiti/ ua q̄si in duas ptes intelligit partiri. scz in primā ⁊ secun/ dā. ideo ꝓ tāto dr somnus media vita sensitiua. qr est so lum vita ꝑma. Est aūt media vita sensitiua. sed nō vege tatiua vel intellectiua. qa in somno vita vegetatiua tam prima q̄ secūda sunt in doꝛmiente. Vita etiā intellectiua secūda non suspendit ꝑ se in somno. neq̄ etiā semp ꝑ acci dens eo q interioꝛes sensus semp in somno nō ligant. si/ cut exteriores. que potissime intellectuali vite secūde sub seruiūt. Secūdo dr somnus saltez in hoibus vita media quo ad ꝛps. nō tñ regulariter et ꝑcise. ꝑ mediuz em̄ ꝛpis homies fere doꝛmiūt. Sed primū dictum rōnabilius est qr nō est somnus in aialibus brutis quo ad ꝛps eq̄lis vi/ gilie. nec etiā in hoibus ꝑ totā vitam. Juuenes em̄ plus doꝛmiūt q̄ vigilant. ⁊ silter multa aīmalia. Sed rursus multa sunt aīalia plus vigilantia q̄ doꝛmientia. Senes em̄ paꝛ doꝛmiūt ꝓpter siccitatē. licet em̄ abundent humi do phlegmatico. nō tamē vero ⁊ nutrimentali

Post hoc autē querendū de somnio. Et ꝑ primo cui eoꝝ que aīme passio hec in/ esse videtur. ⁊ vtrū intellectiue ꝑticule passio est hec vel sensitiue. bis em̄ solū eoꝝ que in nobis sunt cognoscimus aliquid

Iſte ẽ ſcõs tractat⁹ huius libri In quo ꝓtractat cauſas lõgitudinis t breuitatis vite. Et diuidit in duo capitula In ꝑmo tractat aliqua q̃ nõ ſunt cõuertibiliter cauſe lõge vite. In ſcõo oſtẽdit que ſunt cauſe lõgitudinis t breuitatis vite Scõm ibi Manifeſtũ aũt de hiis Primũ ca. rurſus ſubdiuidit in duas ꝑtes In ꝑma facit qđ dictũ ẽ. In ſcõa oſtẽdit qꝛ illa tm̃ cõmuniter t frequẽter ſunt cã lõgioris vite. Scõm ibi Oino aũt Quãtum ad primũ ſeptẽ poit ꝓ ordinẽ q̃ nõ ſunt cã lõgitudinis vite t ꝓ hiis eoꝝ oppoſita nõ ſunt cauſa breuis vite. Et h loquẽdo de lõgitudie t breuitate vite i cõi t in ḡnali Primũ ẽ qꝛ magnitudo corpis viuoꝝ nõ ẽ cauſa vite longioris. t ita maxia quãtitate nõ ſunt minime corruptibilia Qđ ꝓbat exẽplo Nã equ⁹ maioris quãtitatis ẽ hoie t tm̃ breuioris vite. puerbio em̃ dr inqt Albꝰ q̃ tres vite canis faciũt vitam eq̃ t tres vite eq̃ ꝓſtituũt vitã hois Secũdum ẽ qꝛ nõ ẽ ꝓportas in viuẽtib cã longioris vite. Qđ ſic ꝓbat exemplo Nã multa aialia ꝓpula valde q̃ ſunt de numero inſectoꝝ ſiue diuiſoꝝ in loco diaphragmatis q̃ ꝓpter hoc entoma dicũt quaſi int⁹ diuiſa q̃ etiã vt inqt Alb. anuloſa vl rugoſa vocãtur. epeteia ſũt ſeu breuis vite. Vñ dr idem Alb. q̃ q̃rũdã illoꝝ aialiũ periodus ẽ quaſi ann⁹ Et q̃rũdam period⁹ ẽ ſolũ tps veris. q̃ viridia t mollia ſunt folia plãtaꝝ Tereũ nõ oẽs plãte ſunt durabilioris vite aialibꝫ q̃buſlibet Qđ ꝓbat exẽplo Quia q̃dã plãtarũ epeteia ſt̃z Qđ declarãdo Alb. dicit qꝛ eſſe duri corporis t ſicci qualis ẽ vita in plãtis nõ eſt vlr t ꝓ ſe cauſa lõgitudinis vite qꝛ multe ſunt plãtaꝝ q̃ nõ habẽt periodũ vnius ãni Sed citra annũ reſoluũtur. Multa aũt aialia habẽtia mollia corpora diutius manent. Quartum eſt habere ſanguinẽ non eſt cauſa longioris vite vniuerſaliter in viuentibꝫ et ita ſanguinem habentia nõ ſunt longioris vite exanguibus

De causis longitudinis et breuitatis vite

Qđ probat exemplo. Nam apes sanguine carentes longioris vite sunt multis sanguinē hñtib⁹ Quintū. exanguia vl̄r non sunt lōgioris vite habentibus sanguinem qđ probat exemplo. Quia sanguinem habentia malakia sunt. sanguine autem carentia sūt epeteia seu breuis vite Unde dicit Alb⁹ q multa aialia sanguine carētia sunt valde debilis vite z quasi stupida z period⁹ vite talium finitur circa annū. Sextū est q vl̄r habitātia in terris nō sunt aquaticis lōgioris vite. Qđ pbat exemplo. qz q̄dā plāte sunt epeteia z q̄dam aialia gressibilia sup terrā. breuioris vite sunt multis aquaticis. Septimū. esse in mari nō est causa lōgioris vite viuētib⁹ sup terram. pbatur exēplo. qz in mari inueniūt multa breuis vite sicut ostrakina z malakia Unde dicit Alb. q ostrea z cōchilia in mari habitantia breuioris vite sut multi in terra habitātib⁹

Omnino aūt longissime vite et in plātis sūt vt palma z cypress⁹ Etenim sanguinē hñtib⁹ animalia magis q̄z in exanguib⁹ z in gressibilibus q̄z in aquatilib⁹ quare z cōbinātib⁹ in sanguinē habētib⁹ et gressibilibus q̄ longissime vite animaliū sūt vt homo et elephas Et vtiq; que q̄dē maiora vt ad plus ē dicere minoribꝫ lōgioris vite. etenim in alijs accidit bis que lōgioris vite magnitudo sic dictis.

In hac scđa pte huius capli dicit q licet iste cē iā tacte etsi vl̄r nō sufficiāt ad lōgitudinē vite frequēter tamē cōferūt ad eam. Qđ declarat exēplariter. Nā frequēter plāte in quib⁹ palma z cypressus sunt longissime vite sunt lōgioris vite animalib⁹. Unde palma et cypressus in plātis sunt lōgissime vite Et excedūt vita aialium quozūlibet Silr sanguinē hñtia sunt exāguib⁹ lōgioris vite Et gressibilia frequēter lōgioris vite sūt reptilib⁹ natatilib⁹ et volatilibus Nam elephas et homo que sunt animalia gressibilia excedūt frequēter aialia nō gressibilia. Silr maiora frequēter durabilioris vite sunt minoribꝫ. Et sicut in hoie et elephāte accidit lōgitudo vite ex magnitudine frequēter. ita in alijs viuētibus

Causam aūt de his oib⁹ hinc vtiq; quis cō tēplabitur. oportet em̄ accipe q aial est natura calidū z humidū z viuere tale Senectus autē frigida z sicca z quod mortuū. videtur em̄ sic. Materia em̄ corpm exñtib⁹. hoc calidū. z frigidū. z siccum. et humidum. necesse igitur senescentia desiccari.

In hoc secūdo capitulo ostendit q̄ sunt cause lōgitudinis et breuitatis vite vt huiusmodi z ppie z ad eēte Et diuiditur in duas partes In prima facit hoc In secūda tractat de lōgitudine et breuitate cōparatiue cōparando viuentia penes lōgitudinem z breuitatez vite ad inuicem. Secūda ibi In plātis autem. Prima pars subdiuiditur in duas In prima ponit causas lōgitudinis et breuitatis vite vt dictum est In secūda infert ex dictis quattuor corollaria. ibi Eadam autē. Prima subdiuiditur in duo pūcta. In primo ponit causas intrinsecas In secūdo specificat eas Secūdū ibi Propter quod non Quātum ad primum pūctum dicit philosophus q nūc cōtēplabimur de his omnibus viuētibus de quib⁹ dictum est quid sit manifestū esse principium lōgitudinis z breuitatis vite. Quo sic proemialiter p̄misso vult i effectu hāc cōclusionem. Vite lōgitudo ipsius aialis et per cōsequens omnium viuētium cōsistit in calido z humido. Quam dupliciter probat Primo sic Animal ē naturaliter calidum z humidum vt sensibiliter notum est. ergo viuere seu vita consistit in calido z humido quia esse aialis ē esse viuū. Secūdo probat sic quia frigidū et siccum sunt cause senectutis z mortis. ergo calidū z humidum sunt cause vite. z per cōsequens lōgitudinis vite Antecedēs probat. Quia corpora viuētium quozūlibet naturaliter habent pro materia calidum. frigidum. humidum. et siccum ad equalitatem cōplexionatorū diuersimode reducta. qua ꝓpter necesse ē senescēria desiccari z infrigidari. z similiter mortia. quādo sez incipiunt siccū z frigidū dominari calido z humido Cōia patz q ea dē est⁹ principia oppositorū.

Propter qđ oportet nō facile desiccabile eē hūidū. z propter hoc pinguia iputribilia. Cā aūt q aeris. aer aūt ad alia Ignis aūt nō fit putrefactus. neq; rursum paucū oportet esse hūidum facile. siccabile enim qđ paucū. ppter qđ magna animalia et plāte vt vl̄r est dicere lōgioris vite quēadmodū dictū est prius. Rōnabile enim maiora plus habere humidum. non solū autem propter hoc longioris vite. due em̄ cause quod quantum et quod quale. quare oportet nō solum multitudinē esse humidi sed hoc et calidū vt neq; facile congelabile. neq; facile desiccabile sit Propter hoc omnes lōgioris vite magis quibusdā maioribꝫ lōgioris vite deficiens multitudine humidi. Si pluri ratione excedat ſm quale q̄z deficiat ſm quantum. Est autem aliquibus calidum quidem pingue qđ simul facit nō facile siccabile z nō facile ifrigidabile Quedā āt aialiū habēt humorē. ideo oportet firmum esse non leuiter corruptibile neq; superfluū Interimitur em̄ quod tale aut languore aut natura. Contraria aūt superfluitatis virtus z corruptiua. hec quidez nature. hec aūt pticule. ppt qđ coitiua z multi spmatis. senescūt cito Spma enim superfluū z amplius desiccat emissuz. z ppter hoc mulus lōgioris vite asino z equo. et q̄bus genitus ē: Et femelle masculis si coitui sint masculi. ppter qđ z passeres masculi breuioris vite femellis Adhuc autē quecū q laborioſa masculoz propter laborem senescunt magis. desiccat enim labor. z senectus sicca est. natura aūt vt ad omne ē dicere masculi femellis longioris vite. Causa aūt qz calidi⁹ aial masculus est q̄z femella.

Hic p̄mr in scđo pūcto specificat hūidū i q̄ sit lōgitudoz

Nō in quocūqz humido consistit vite longituda

breuitas vite ostēdēdo q̄le sit adiēcēdo vnū corollarium Vnde in effectu vult hāc conclusionē. Q̄ nō in quocūqz humido cōsistit vite lōgitudo. Sed ipm quattuor requirunt. Primū est q̄ sit pingue z p̄ p̄ns imputrefactibile. Vnde pinguia imputrefactibilia sunt q̄ pingue est aereuz fluens extra seipm. Aer em respectu inferior elemētorū in motu suo est velut ignis ita q̄ pres eius mouentur ad circūferentiā a centro. Ignis vero nō putrefit. Scōm q̄ nō sit paucū. Quia paucū cito siccabile est. In signū cui magna aialia et plāte vlr loquēdo sunt lōgioris vite quē admodū dictū est prius. Rationabile em̄ est q̄ maiora plr habeant de humido. tm̄ propter hoc solū nō sunt longioris vite sed etiā ꝓpter alterz iam tactū. Et ita requirūtur ad humidū duo scz debita quātitas z debita qualitas. Non em̄ sufficit humidū esse multū sed opz etiā ipm esse caliduz nō cito cōgelabile neqz desiccabile quale est humidum pingue in quibusdā viuentibz reptū qđ vtrūqz facit q̄ scz nō est facile siccabile ꝓpter viscositatē nec facile infrigidabile ꝓpter hoc q̄ aereū. Humidū em̄ aereū inquit Albert⁹. ē naturale subiectū caloris et calidū est. Q̄d ꝓbat a signo q̄ homines ꝓpter hoc sunt lōgioris vite qbusdā aialibz maioribz plus humiditate abundātibz q̄ scz homines plus excedūt in qualitate humidi q̄m deficiant in quātitate. z ita qualitas bona recupat defectū quātitatis. Quedaz em̄ aialiū habēt humorē aliū nonviscosuz et pinguē siue aereum et ita ex ea ꝑte non sunt longe vite licz abūdent humiditate sicut equi. Tertiū requisitū est q̄ humidum debeat esse firmū siue constās in quāto scz et quali de quib⁹ dictum est et nō esse leuiter corruptibile. Quartū req̄situ est q̄ ipm nō sit superfluū. Q̄ autē nō debeat esse infirmū scz cōstans z firmū. ꝓbat q̄ tale facile intrimit z vincit a causa naturali aut lāguore q̄ facile putrescit inquit Albertus z corruptibile ē cito ab egritudine p̄ naturā putrescentē inducta. Q̄ q̄ūt nō debeat esse superfluū. ꝓbat q̄ virtus z potētia superfluitatis in humido est vite contraria z corruptiua aut nature ipius viuētis in toto vl forte i ꝑte aliqua et in illa breuiat vitam. Et hoc ē cā inquit Albtus quare illa viuētia que sunt superflue humiditatis superflue q̄ mēbris nō ibibit ꝓpter sui incōpletionē cito senescūt q̄ talis humiditas cito putrescit z ducit ad mortē. Et q̄ infert phs cōclusionez talē. Aialia multū coitiua z multi⁹ ſgnatis cito senescūt z breuis ſt vite. Q̄d ꝓbat dupliciter. Primo q̄ vt ex nūc dictū ꝑt. Sperma superfluū est humidū q̄d ē corruptiuū. Secūdo q̄ q̄n semē ampli⁹ ēz fusti neri possit emittī p coitū vel ifirmitatē desiccādo nimis humidū abbreuiat vitā. Q̄d declarat phs quattuor exēplis. Primū ē q̄ ꝓpt̄ h̄ nul⁹ lōgioris vite ē asino z eq̄ ex qb⁹ gent⁹ ē. q̄ mulus paz aut nihil seminat inquit Alb. neqz concipit. Et ꝓpt̄ h̄ etiā gallinē multū ouātes cit omoriunt z mulieres multū concipiētes z pariētes. Scōm ē q̄ ꝓpter h̄ femelle masculis si coitui sunt multū suū lōgioris vite z femine sint caste. Et hac de cā ē dicit Albtus q̄ castrat⁹ diuti⁹ viuit q̄m nō castrat⁹ luxuriosus. Tertiū ē q̄ ꝓpter h̄ etiā passeres masculi breuioris vite sunt femellis Quartum est q̄ masculi laborioſi existentes cito senescunt. quia labor desiccatiuus est. Senectus autem siccatio est. Et licet vniuersaliter et regulariter seu natura sint masculi femellis longioris vite propter dominium calidi et humidi bene proportionatorum quale non inueniūtur in femella vt testatur multitudo phlegmatis in mulieribus quod eiiciunt. tamen propter laborem nimium contingit masculos citius senescere

Eadē ātī calidis lōgioris vite st̄ q̄z frigidis locis ꝓpt̄ eādē cāz ꝓpt̄ quā q̄dē z maiora z maxīe notabilis magnitudo aialiū frigidoz̄ fm̄ naturā. ꝓpter qđ z serpētes et saure z solidata magna i calidis locis z i rubro mari ostrokodrina. Augmēti em̄ calida huiditas. cā et vite. in frigidis em̄ locis magis aqueū huidū qđ in aialibz ē propter qđ facile cōgelabile Quare hec q̄dez nō fiūt oīno aialiū q̄ pauci sanguis aut sanguinē hñtū in his q̄ ad arctū locis neqz gressibilia in terra neqz aquatilia i mari. hec aūt fiūt q̄dez minora aūt z breuioris vite Aufert aūt cōgelatio augmētū. Alimēta aūt nō sumētia z plāte z aialia corrūpūtur. Cōsumit em̄ ipm se ipm quē admodū multa flāma cōburit et corrūpit pauca eo q̄ alimētū cōsumat. Sic naturale caliduz ꝑmo digestiuū ꝓsumit materiā in q̄ est Aquatilia aūt gressibilibz mun⁹ longevite nō q̄ humida simplr sed q̄ aq̄sa tale aūt huidū facile corruptibile. q̄ frigidū z ꝓgelabile de facili. Et exā guia. ꝓpter idē si nō magnitudine recōpensetur neqz em̄ pinguedinē neqz dulce habēt. in aiali em̄ qđ pingue dulce. ꝓpter qđ apes lōgioris vite alteris maioribz aialibz

In hac scda particula infert phs quattuor corollaria Primum est q̄ eadez animalia in calidis regionibz seu locis longioris vite sunt q̄z in frigidis In calidis nāqz maxima est magnitudo. vt patet de serpentibus z de animalibus similibus frigidis cuiusmodi sunt fm̄ Albertum talpe et ea que pelle varia sunt in ventre que vocant stellliones z sunt frigidissima z pigra animalia z vespertiliones. Omnia siquidem talia magna supra modum nature sunt in calidis regionibus. Et similiter ex eadem causa que sunt in mari rubro quod natura calidum est sicut indicat ruboz eius sicut ea que vocantur ostrokodrina q̄ figuram habent ostrilium sunt magne quantitatis z maioris q̄z in frigidis. In frigidis autem locis hec animalia nominata que sunt sine sanguine aut pauci sanguinis non generantur sicut in locis septentrionalibus vltimis sub polo artico vel iuxta polum articum. Neqz gressibilia huiusmodi frigida animalia sunt ibi neqz aquatica illius generis in mari septentrionali generantur. etsi fiant sunt vel breuis vite z minoris quantitatis q̄z debita sit speciei communiter Totum autem istud aliunde non p̄uenit. nisi quia vt dictum est humiditas calida vite non solum causa est sed et augmenti. Secus est de humiditate aquea et de frigore. humidum enim aqueum facile cōgelabile est. congelatio autem aufert augmentum. Secūdum corollarium tangitur ibi. Alimentum autem. Et ē alimentuz non sumentia siue sint plāte. siue animalia breuis sunt vite z corrumpuntur. Consumit enim calidum digestiuum materiam in qua est scilicet humidum Et sic hoc totum quod est calidum et humidum in quo consistit vita consumit seipsum ratione calidi consumentis et humidi consumpti. sicut flamma multa consumit et conburit paucam eam in alimentum sumen-

do. Tercīū cozollariū qđ tangit ibi (Aq̄tilia aūt) Est q aq̄tica seu aq̄tilia sunt gressibilibꝫ breuioris vite. Cuius rō ē. qz humida sunt nō simplr. ꝫ humiditate aq̄tica tale aūt humidū facile cozruptibile ē a debita habitudine ꝓplexionali. qz frigidum ē de facili ꝓgelabile. frigido em̄ nimis inspissat. frigidū etiā extinguit calozē z destruit ꝓplexionē. vt ōt Albr⁹. Quartū cozollariū qđ tāgitur ibi (Et exanguia) Est q exanguia sunt breuioris vite sanguine hñtibꝫ nisi magnitudine recōpensēt. qz non hñt pinguedinē neq; humidū dulce i q̄ ꝓsistit vita. Dulce em̄ ē humidū bn̄ digestū calido z est ꝓueniens nutrimentū. z iō in sanguine nō hñtibꝫ raro inuenit pinguedo. Jn aialī aūt pinguedo. humidi dulcedo est. pinguis em̄ sapoz est. primus dulci. vt ōt in de sensu z sensato. Et ꝓpter hoc apes sunt longioris vite alijs sanguine carentibꝫ. humidū em̄ dulce qđ ē in eis nutrimentū ipoz indicat in eis calozis actōem in humido nutrimentali.

Jn plantis aūt sunt que lōgissime vite z magis q̄z in animalibꝫ. Primū q̄dem. qz aquosa minus quare nō facile cōgelabilia. Deinde hz viscositatē z frigiditatē z sicca z terrestria existētia tamē nō hñt facile siccabile humidū. De hoc āt quod est naturā arboz eē durabilē accipe opoz tet causam. habēt em̄ ꝓpriā ad aialia ꝓterq̄z ad enthonia Juuenes em̄ plante semp fiunt. ꝓpter quod multi temporis. semp em̄ altere germinatōnes. De aūt senescunt z radices simiľr ꝫ nō simul. Sed aliquādo q̄dem solus stipes z rami perierunt Alteri aūt iuxta nati sunt. cū autē sic fuerint radices alie exeuntes generantur et sic semp manet hoc quidem cozruptum. hoc autē factum ꝓpter quod longe vite.

Jn hac scōa ꝑte ꝑncipali tractat de lōgitudine z breuitate vite cōpatiue. Et diuidit in duas ꝑticulas. Jn ꝑma cōpat in longitudine z breuitate vite ad inuicez ea que sunt diuersoz genez. Jn scōa cōpat ea ad inuicem que sunt eusdē genez. ibi (Accidit aūt) Prima rursus subdiuidit in duo puncta. In ꝑmo cōpat plantas ad aialia in cōi. In scōo cōpat plantas ad aialia enthonia. Scōm ibi (Assitant aūt) Quantū ad ꝑmū ōt. q inter plātas q̄dā sunt longissime vite. z regulariť plante sunt longioris vite aialibꝫ. Scōm ꝓbat ex tribꝫ. Primū est. qz plante sunt minꝰ aquose q̄re nō sunt facile ꝓgelabiles et iō ōt Albrꝰ q sunt dure nec ita facile densāt eaz humidū. z iō cremabiles st̄. ꝑť humidū aereū eaz. Scōm qz hñt humidū magis viscosum z pingue ꝑ calozē solis decoctū qđ nō ē leuiter desiccabile. ꝓcipue cū sint sicce terrestri siccitate. ex talīū āt siccoz resolutōe nō ꝑt facile fieri euaporatio ꝑť duriciē z ꝓstātiā ptiū. Aialia āt vt ōt Albrꝰ hñt pres molles q̄ de facili euaporant z hñt humidū magz aqueū qđ cito euaporabile ē z siccabile z ꝑ ꝓns oportet eē ifrigidabile eoz calidū z vtroq; vite ꝑncipio cessante. cessat vita rota. ꝓterea diutiꝰ viuūt plāte q̄dā magnē z dure q̄z aialia vt dictū ē. Tercīū est. qz plante hñt in se ꝓpriā cām vite. qz decise in diuersas partes adhuc viuūt z iuuenescūt qđ nō cōpetit aialibꝫ nisi enthonijs. Plante em̄ ꝑ successum tpis sp faciūt nouas germiatōes Jta q radix radicē. z stipes stipitē. z ramꝰ ramū. z iteq; radix stipitē. z stipes radicē. z vtraq; hoz ramos. ita q sp nouū exit de vetere. z iō senescūt Nō āt silr̄ fiūt hmōi germinatōes noue. ꝫ successiue vna senescēte altera pullulat ex illa z ꝑjciūt radices circū circa z ex illis radicibꝫ generanť alie plante. Quapropter sic semp manent hoc quidem cozrupto z hoc facto

Assitantur aūt plante enthonijs sicut dictū est ꝑus. duasa em̄ viuunt z duo z multa fiunt ex vno. Enthonia aūt vsq; ad viuere quenerūt multo aūt nō possunt tempore. nō em̄ habēt oz gana neq; potest facere ipa ꝓncipiū in vnoquoq;. Q aūt in planta potest. vbiq; em̄ habet z radicem z germen potentia ꝓpter quod ab hac semp ꝓuenit hoc q̄dem nouū. hoc aūt senescēs modico aliquo differētia ineē longe vite sic quē admodū que absplātantur. Etem̄ in absplantatione mō aliquo dicet vtiq; aliquis eadem accidere. ꝑticula em̄ q̄dam quod transplantatū Jn absplantatōe igitur q̄dem sepatim accidit hoc ibi aūt ꝑ ꝓtinuum. Causa aūt qz ineſt vbiq; virtute existens principium.

Jn hoc scōo puncto cōpat in longitudine z breuitate plantas enthonijs dicens in effectu q licet plante z animalia enthonia in hoc conueniāt. q decise partes viuāt in vtrisq;. z q ex vno fiunt multa vt ex vna planta multe et vno aīali tali multa viuentia sensitiua vita. Jn hoc tñ differunt. quia partes decise in enthonijs nō ꝓueniunt. nisi ad hoc q viuere ꝓueniat ꝓtibus absciſis. sed non ita diu viuunt sicut in plantis. Cuius causa est. qz ꝓncipiū vite nō habent enthonia animalia neq; oz̄gana sicut plāte in qualiber parte. Plante em̄ vbiq; habent radicem z germen z ꝓpter hoc ab hac radice ꝓuenit semp nouum ita q vno senescente reliquū innouať z ꝫ q̄dē ꝓtinue q̄ nō fit trāsplātatio vel discōtinue in transplātatōne.

Accidit aūt idem in animalibꝫ z plantis. in animalibꝫ aūt longioris vite masculi vt in pluribus. Moz aūt supioza magis maioza q̄z inferioza. Magis em̄ validū masculus q̄z femella. in supiori aūt calidū. in inferiori frigidū. Et plātarum que capite graues longioris vite. talis aūt que nō epeteia. sed arborosa. Superꝰ em̄ plante z caput radix est. Epeteia aūt ad inferꝰ et fructum accipiunt augmentū. Sed de hoc q̄dem ꝫm se in his que de plantis determinabitur. nunc aūt de alijs animalibꝫ dicta est causa de magnitudine vite z vite breuitate. reliquuz aūt nobis ꝓsiderare de senectute z iuuentute. z vita z morte. his em̄ determinatis finem vtiq; habebit que de animalibꝫ methodus

Jn hac scōa ꝑticula cōpat viuentia in longitudine et breuitate ad inuicem penes ea que sunt eiusdem genez dicens q in aialibꝫ illa q̄ hñt supioza maioza seu summitates maiozes sunt ceteris lōgioris vite. z ḡ masculi sunt

De definitione et quidditate vite

longiozis vite femellis. Cõsequẽtia ptz. qz masculi hñt supioza maioza rõne calidi. femelle ꝓo inferioza. rõne frigidi. Silr in plãtis idẽ accidit. qz q̃ in capite sunt maiores z grauiozes sunt longiozis vite. sz arbozosa z nõ sunt epeteia sicut plante q̃ sunt in capite minozes hoc ẽ in radice. Radix eñ ẽ caput in plãtis. qz ab ea accipit nutrimentũ z nõ ab alia ꝑte q̃ ẽz inferioz. qz ꝑsus illã ꝑtẽ sunt epeteia z frigidũ accipiũt nutrimentũ. Sz de hoc magz in libzo de plãtis determinandũ erit. Nũc ãt generalr dictũ ẽ de aialibꝫ cẽtũ ad cãm longitudinis z brevitatis vite. Reliquũ ꝓo restat determinandũ de senectute z iuuentute. z de vita z morte. Quibꝫ determiatis hz vtiqz methodus seu liber de aialibꝫ finẽ. i. ꝓ summatõem cẽtũ ad ea q̃ cõplent determinatõnem illius libri

Incidũt dubia Primũ

Utz liber h̃ de lõgitudine z brevitate vite vltimus sit inf eos q̃ sunt de cõibꝫ aie z corpis Et videf q nõ. qa pluribꝫ ꝙuenit viuere z mori cẽ sentire. z itelligere. z monueri ꝑm locũ. cõmunioza ãt ꝓza sunt z in pḧyca ꝓus determinãda ꝑmo pḧycoz Solo Sic Quia post omia ꝓdicta in qbꝫ de cõibꝫ aie z corpis agif. s. de statu z pfectu z de defectu ꝓtutũ in opando sicut factũ ẽ in libzo de sensu z sensato. z de memoria z reminiscentia. z preciue de somno z vigilia. Restat agẽdũ de morte aiato. Quia cũ ꝓtus aie z ꝑcipue vegetabiliũ q̃ sunt q̃dã aia mortalia se habeat sicut ꝓtus rei genite z corruptibilis nõ ꝑt mouere p ifinitũ tps. sz hz determiatũ terminũ in morte. Sz nulla rõne de morte sciam plenã hze possumus nisi sciam de vita. eo q ꝓuatões nõ cognoscũtur nisi p habitũ. Hoz ãt ẽ ꝓuatio vite. iõ etiã de vita opz facere mẽtionẽ z cũ illa scia tradita fuerit tunc scienf oia opa z ꝓuatões a qbꝫ natura aie p ꝓtutẽ ei? depẽdet Excepteꝫ his q̃ discernũt honestũ z inhonestũ de qbꝫ oꝛtz magnã eẽ phiam p se q̃ mozaf vocaf de qbꝫ h̃ nullã facem? mentõem. Tunc arguif ꝓ̃ sic. Qũ h̃ q̃rif de morte q̃ ꝓcludif mẽsura z tps q̃ vel q̃ aia ꝑt mouere corp? ꝑm naturã oꝛtz dare neccãrio causas naturales lõgitudinis vite z brevitatiꝫ eoꝝ q̃ viuũt. qz alif nõ scirem? ꝓtutẽ potentie aie mouẽtiꝫ vitalif suũ corp? q̃ntũ ipm mouere ꝑt ꝑm naturã. Cõa pz. Quia sicut in de celo z mũdo ostẽdim? motozẽ eẽ ꝓtutiꝫ ifinite. qz ipm qđ mouef p se ab ipo mouere ꝑt ifinito tpe sine termino tpis ꝑm naturam ita nũc q̃ ptractam? de eo qđ mouef p se z a se z ẽ moztale oꝛtz oñdere ꝓportionẽ motozis ad id qđ mouef f̃m q̃ntitatẽ lõgitudis in q̃ ꝑm naturã mouere ꝑt post quã lõgitudine corrupta habitudie motozis ad mobile neccẽ ẽ motũ deficere. Ver h̃ ad obiectũ dom̃ q argumẽtũ ꝓcluderet q ꝑmo eẽt determiãdũ de lõgitudine z brevitate vite cẽ de alijs min? cõibꝫ nisi obstaret qđ dictũ ẽ. videlz q p noticiã mortis ad cui? noticiã reqrif noticia vite. z p ꝑs noticia lõgitudinis vite manifestaren? ꝓtutes aie qbꝫ mouet sua corpa q̃scẽ. s. ea moueãt. Nec hic tractãdũ ẽ de causis lõgitudis z brevitatiꝫ vite p accns. Nec ptcularif put determiatiꝫ rebꝫ ꝙueniũt de qbꝫ vel p q̃s nõ ẽ scia. sz in cõi put oibꝫ viuis ꝙueniunt z p se. qz ex illis scialiter cognoscif f̃m quã aia ꝑt mouere corpus et ꝑm quam corpus ꝑt moueri ab anima

Secundum dubium est

Utz ꝙueniẽter definiaf vita hoc mõ. Vita ẽ act? ꝑm? er essentialis z ꝓtinuus aie in corpus nõ p modum somni. sed p modum vigilie. Et videf q nõ. qz vita non solum est actus ꝑmus. sed actus scõs. vñ comedere bibere cẽ. sunt vita z tamẽ sunt actus scõi. Preterea Actus ꝑmus est forma substantialis Sed vita non est forma substantialis. sed potius effectus ei? q̃ distinguif a causa. Preterea Non est actus ꝓtinuus. qz generare z sentire sunt quoddã viuere. z tñ nõ sunt actus cõtinuus. Preterea Inuenif in multis vita que corpus nõ hñt. vt ptz de substantijs separatis quaꝝ vita optimat delectabilissima est quã pficiunt in toto eterno ꝑmo celi. er tñ sunt incorporee. Preterea Vita est act? pfect? viuentis qualis nõ est in fieri z mouere. sed potius in ẽre Solo Sic Quia sicut cuiuslibet essentie forma lis seu forme q̃ dat esse z rõnem ei in quo est ꝓprius z primus actus est esse. qđ eẽ dat illi cuius est forma. Ita forme specifice determinate z vltime est dare esse determinatũ z specificũ qđ est essentialr actus eius talis forme. sicut lucere eẽntialr ẽ act? lucis. Cũ igif aia sit q̃daz forꝛma determinataꝝ ꝑm spẽm z vltima. sibi essentialr ꝙuenit dare eẽ aiato corpi determiatũ z specificuz qđ vocaf vita in viuẽtib. Et iõ egregie dictũ ẽ q viuere sit i his q̃ tñ viuũt z nõ sentiũt eẽ. Et qz sensibilis aia vlterius dat determinatũ eẽ qđ in sentientib ẽ sentire. iõ sentire hoc in sentientib est eẽ. z sic vlteri? intelligere p eundez modũ in intelligẽtib est eẽ. Propter qđ Aresto. bene dixit q hõ sit solus intellectus. qz nihil dat hoi esse inq̃ntum hmõi nisi intellect? seu aia intellectiua ꝓprie. Dis eñ forma dat esse. qualiscũqz fuerit siue separa siue coniuncta materie. Sz nobili? q̃ plus ẽ separa. z ꝑmo nobilissime illa q̃ ẽ oim formaꝝ pfectissima. Est g̃ vita act? essentialis aie vt dicũt ꝑme tres ptcule definitõis. Et sicut tota aia ꝑm se est actus totius corpis. z p ꝑs ꝑncipiũ vite totius. Ita ps potestatiua aie vt ptas videns dr actus est ptis determinate. sicut oculoꝝ. z p ꝑs ꝑncipiũ vite in tali potentia. z ideo videre oculi ẽ eẽ visiuũ. sine quo oculus nõ est oculus. nisi equoce z sic est in oibꝫ alijs partibus. Est autẽ vita actus essentialis. quia vita est esse essentiale in viuentibus. Ante quod nec est dare omnino in actu. z post ipm est virtus z opatio z quicquid aliozum conuenit ei quod sic est per formam. ideo conuenienter dicitur vita actus ꝑmus. z non solum ꝓmus. sed cum nõ insit per aliquam potentiarũ. ideo dicitur actus essentialis. Dicitur autẽ actus continuus ad excludendũ operatões anime vel animati corpis que nõ sunt actus continuus. sed interrumpuntur quiete z quandoqz somno. z non per modum somni quasi actus resideat absolute in ꝑncipio formali ipius actus sed est diffusio formalis ꝓncipij illius actus.

Ad rationes Ad primam patet solutio. quia hic nõ definitur vita secunda. sed prima ex qua secunda causaliter dependet rancẽ effectus eius. quapropter etiaz nominatur operatio viuentis. nomine sue cause. z dicitur vita non absolute sed cum addito. z dicitur vita secunda que quomodolibet multiplicatur f̃m exigentiam vite ꝓme. Ad secundam dicenduz. q forma f̃m modum suum ꝓprie nõ est actus ꝑmus. Sed formale ꝑncipium actus ꝓmi. z forma accidentalis ꝓncipiuz est formale actus scõo ꝑmi. sicut operans consequens rem est actus transitiuus operantis z rei perfecte. Anima g̃ q̃ẽ forma substalis nõ ẽ ꝓprie vita ꝑma Sz vita ꝑma ẽ

actꝰ intransitiuꝰ ei⁹ in corpe. vñ vita nihil aliud ꝙ̄ diffusis formalis q̄ se formalr cōicat corpi. sicut eē est diffusio forme t cōio qua se forma cōicat materie. Et ꝓterea sicut lux lumen t lucere eandē formā nominat dr̄ter. qz lux nominat eā ꝑm se. t lumē diffusam in luminoso siue in eo qđ luminat. Lucere ꝙ nominat ei⁹ essentiale agere. Ita aīa. vita. t viuere dicūt vnā naturā. sz nō eodem mō. qz aīa nominat hāc ꝑm se. t vita diffusionē ipius in eo qđ est aīatū. Et viuere dr eē aīe essentialē actū. q̄ actus q̄ē actus formalis aīe sicut forme. iō realiter ab ea nō distinguit. sz ē actus eius intransitiuus vt dictū est. Forme em actus formalis sp intransitiuꝰ ē. Secꝰ ār est de actōe ei⁹ effectiua. qz effectꝰ seu actio ei⁹ effectia realiter ab aīa agente distinguit. Et q̄n dr. Causa est ad cuius eē sequtur aliud. g̃ effectus forme ē aliud. sicut effectꝰ aliaꝝ causaꝝ. t maxime cause efficientis q̄ dr efficere q̄si extra se facere. Odm q effectus totalis hoc est totū cōpositum est aliud a qualibet causarum. Sed ptialis et ꝓportionatus causalitati cuiuslibet cause. non est aliud respectu cuiuslibet cause. immo effectus cause forma/lis semp ē cause formali idē in re. sz nō in modo essendi. Et magis in mō essendi idē ē q̄n accipit vt ē forme ꝑm se sicut t essentie q̄ informatis materiā vel vt sup materiā delate qđ ē eē existentie. Vere eē sicut t vita ꝓprie. sz originaliter t radicaliter sit forme ptis Ad tertiā ptz solo ex dictis. qz sz vita scđa nō sit actus ꝯtinuꝰ. tñ vita ꝑma actus ꝯtinuus ē ꝯtinuitate nō successionis sicut motꝰ. cū vita ꝑma sit potius terminus motꝰ seu mutatōis aut ḋes in termino mutatōnis vel motꝰ. sz dr ꝯtinuꝰ negatiue. qz p ꝯriū nō interruptꝰ. sicz p mortē. Nec ꝓprie dr vita ꝑma eē ꝯtinua ꝓpter tps ꝯtinuū q̄ durat. qz eē viuū ꝓprie nō mēsurat tpe. sz potiꝰ mensurat nunc tpis. ꝑm q ꝑm subam idē manet in toto tpe toti tpi ꝯtinuitatis rōnem pbendo. Ad quartam dōm q nob hic solū sermo ē de vita ꝓut ē eē viuentiū generabiliū t corruptibiliū t hec definita est. t nō in sua cōmunitate maxima. q̄ se extēdit ad actū formalē cuiuslibz forme formā pure naturalē supgredientis q̄n sic etiā diuidit in vitā creatā t increatā. Increata ē oino intrāsitiua p oēm idētitatē viuificantis t viuificati t in creatā. Et hec subdiuidit. qz q̄dā ē forme informatis actꝰ q̄ hic definita ē vbi viuificans forma t viuificatū nō solū distinguunt. sz t tpaliter distant t sepabilia sunt. Alia ē forme fotis manentis. forme imaterialis actꝰ ꝑm mentem dñi Alberti ipius ꝓportionabilis materie est tāq̄ suscipientis t viuificati. sicut forme ē tāq̄ dātis t cōicantis. vñ in hñtib vitā hmōi sz viuificans t viuificatū distinguunt. nō tñ distant. In ꝓpetuis em eē t posse nō distant. Corporib ār celestib hec vita ꝓprie nō ꝙuenit subiectie. q̄n forme sepate ea nō informant ꝑm ꝓbabiliorē sniam Im ꝓpꝛie tñ aliq̄ mō vita eis ꝙuenit inquantū p naturam habilia sunt ad motū quo a sepatis substantijs mouent. et sic ꝑm q̄ndā ꝓticipatōem imꝓprie possunt dici viua vita scđa. sed nō ꝓprie. Et ꝑm inferiorē quendā modū hec inferioza oīa saltē pure naturalia que a celo sicaīa rō t viuo mouent. t intra se habent aliquod sui motus ꝓncipium dicunt viuere t vitam habere. Dico pure naturalia. qz alia aīata formaliter ꝓprie dicuntur viuere

Ad vltimā dōm q vita nō est motus. vt ꝓbat argumentū. sed tñ dr actus non sterilis. sed fecundus. qz vite scđe ꝓncipiū. sicut vigilās nō dr q̄ opat. sz q̄ ꝓxime dispositus est ad hoc vt ꝑm sensus operetur.

Tercium dubium est

Utꝝ motꝰ sit ꝓuatio vite ex corruptōe ꝓportionis q̄ est inter viuificans t viuificatū. ꝓcedens Et videt q nō Quia p mortē sp nō corrūpit aīa cui⁹ ꝓpriꝰ actꝰ intrāsitiuus est vita. g̃ nō ē motꝰ ꝓuatio. Ans pz de aīa rōnali. Etiā forma nō corrūpit sicut nec generat. Preterea Motꝰ nō ē ꝓuatio vite. qz q̄ mortē viuit Solo Sic. vt dr Albtꝰ Pro q̄ aduertendū ꝑm eundē Albtū q vita ꝓprie dicta supius definita. sz nō sit tria q̄dā separata. tñ tripl intelligit. videlz ꝓmo in cā vite. s. in aīa cui nō opponitur motꝰ. Scđo ꝙsiderat vt ē i fluxu ab ipa aīa t nec huic vite opponit motꝰ. eo q illa magis est aie q̄ corpis. Sicut fluxꝰ luminis potius ē solis q̄ aeris recipientis Tercio Vita ē vita ꝓticipata corpi t adherēs ei sicut forma formato. Et sz vitā sic ꝙsideratā tripl intelligamus. tñ h nō ē nisi ꝑm intellectū. t nō ꝑm rem. qz ꝑm rez ꝓ certo nō ē nisi vna t eadē. t vite sic tercio mō ꝙsiderate ꝓuatio est motꝰ. t eā ꝓuat t nō aliā quālibet. vlr de vita loquēdo. Nā vite increate nihil ē oppositū. vite create intellectuali opponit annihilatio Forme ār pure naturali vt suā materiā informāti opponit corruptio Motꝰ g̃ ē vite ꝓprie dicte (de q̄ sermo) ꝓuatio. ꝓuans nō actus tm. sz actū t aptitudinē ad vnā t eandē formā. Est ār ꝓuatio vite de q̄ sermo nō vite scđe. saltē p se sz ꝑme Per se dico. qz cessante oīm vita scđa in viuēte aīa separat a corpe. qz cū de⁹ t natura nihil faciāt frustra ipa in corpe frustra nō manet. Si tñ placeat extēdere mortē sic vitā tūc oportz dici q sicut motꝰ ꝑma ē ꝓuatio vite ꝑme. ita ponit motꝰ alia q̄ ē ꝓuatio vite scđe. t hec pfecta non ē nisi fuerit cuiuslibet vite scđe. h est cuiuslibet opatōis aīati corpis ꝓuatio. Hec g̃ ꝓuatio vite ꝑme de q̄ sermo dr. ꝓcedens ex corruptōe ꝓportionis q̄ē inter viuificās t viuificatū. q⁹ sicut dr. viij. phycoꝝ. inter motorē t suū mobile ē ꝓportio q̄ se hz motor ad mobile. t ecōuerso mobile ad motorē. t ea corrupta cessat motꝰ t q̄ saluata manet motꝰ. qz g̃ corpꝰ indisponit p alteratōem q̄ dr corrupto ꝑm eē. iō p alteratōem illā soluta ꝓportōne sequtur motꝰ q̄ dr vite ꝓuatio Ad rōes Ad ꝑma dđz q cū vita de q̄ sermo triplr ꝙsiderabil sit mō sup dicto nō ē in oib viuentib corruptibil ꝑm quālibet illoꝝ triū modoꝝ. Sz in q̄busdā tm̄ q̄tū ad tertiū modū ꝙsiderādi. vt pz de vita humana. Nā aīa rōnal q̄ē subalit hec vita nō ē corruptibil. nisi ꝑm modū t actū q̄ i fluit corpi dādo sibi eē t nō ꝑm subam t rē. In oib ār alijs aīatis t viuentib corruptibilib vita oib modis corruptibil ē. Dico i viuentib corruptibilib. qz si loq̄mur de vita ꝓut ꝙuenit substātijs sepatis. ipa ē incorruptibil ꝑm subam t actū. Et si dicam⁹ corpa celestia viuere siue p informatōem vt q̄dam (sz minus ꝓbabiliter) siue p assistentiā. simlr ipa non erit corruptibilis neq̄ ꝑm substantiā neq̄ ꝑm actum. Verūtñ nō est aīa. qualiscūq̄ fuerit. sicut nec forma. corruptibil ꝓprie. sicut illud quod. sed sicut id quo. vt solet dici circa ꝑmum physicoꝝ. qz totum cōpositū est quod in veritate generatur t corrumpit. Ad scđam dōm q hic accipitur motꝰ nō p mutatōne simplici t ꝑm se. neq̄ cum implicatōne alteratōnis ꝑpue. qz sic motꝰ opponit ꝓuati ue generatōni dupliciter ꝙsiderabili. generatōni dico nō quarūlibet rez. sed viuētiū dūtaxat. Sz accipit h motꝰ put ē termin⁹ corruptōis viuentiū. sicut nō eē ē termin⁹ corruptōis rez q̄rūlibet t approꝑate rez pure naturaliū

Quid sit mors et unde proveniat

Quartum dubium est.

Utrū mors proveniat ex parte aīe vivificātis vel ex parte corporis vivificati Et videt q̄ ex parte utriusq̄. Quia actus & potētia p̄portionātur. Sz corpus vivificatū & aīma vivificās hūt se sicut potētia & actꝰ. ergo nō videt mors q̄ est defectꝰ vite potius p̄uenire ex parte corpis q̄ ex parte anime Preterea. Aīa ē forma finite & ꝑfectibilis & determinate. ergo etiā p̄uenit corruptiō ex parte aīe. etiā ex parte dispositiōe corporis. Sol̄o Sic. Quia aīatū mouet seipm & ꝑponit ex aīa vivificāte & corpe vivificato unde resultat vita. hec aūt vita durat q̄diu manet ꝑportio aīe vivificātis & mouētis & corpis vivificati. qua soluta ablata ē vita & introducta ē mors Et q̄ vt dictū ē vita est essentialiter ab aīa in corpꝰ (ita q̄ anima fm essentiā suā formaliter mouet corpus ipi dādo esse ex q̄ntī ea q̄ ad ee sequūtur) nō p̄t esse defectus vite nec̄ mors ex parte aīe vivificātis & vitaliter mouētis. sed ē defectꝰ ex parte corpis vivificati q̄d nō manet sp̄ i eq̄li dispositiōe ꝓp̄r ei⁹ trāsmutationē. Quapropt̄ ōr phūs si senex haberet oculos vt iuuenis. videret vt iuuenis Nec̄ hō solū ōr de aīa q̄ ē forma supgredies naturā. sz etiā hoc dicēdū est de qualibet forma informāte Nō em̄ res naturales corrūpūtur ꝓpter id dispositiōem forme vniformiter sp̄ agētis & mouētis. sed ex indispositōe & iequalitate materie alterabilit̄ variabilis & diuersimode dispōnibilis. Per hoc ad rōnes Ad p̄mā dōm q̄ licet inter actū & suā potētiā sit ꝑportio nō tm̄ idētitas. ꝑportiōe em̄ stāte deformitas manet ꝑportionabiliū. hoc em̄ est de ratione actꝰ seu forme vniformiter se habere. sz de ratione susciptētis varia qualitate seu dispositiōe mutabilit̄ variari. Q̄d etiā ex eo est q̄ vt dictū est forma agit p essentiam suā actū suū essendi. Sz materia p dispositiōes in materia p illas em̄ ad formam trahit̄ hanc vel illā Ad sēdam dicēdū q̄ licet aīa sit finite & ꝑfectibilis. tm̄ ex eo q̄ forma est ideo ratiōe sui fontis indeficiētis (p̄mi p̄ncipij sc̄z) lumē suum indeficiēter ux̄ta capacitatē materie manare facientis vniformiter se habet & sic nō est p̄incipiū corruptōis & interruptōis actꝰ essendi vel variatōis Sed varia dispositio materie formā de vniformitatē forme diuersificātis Ex q̄ patz q̄ cā lōgioris vite vel breuioris nō est sumēda ex p̄te anime sed corporis

Quintum dubium est

Utrū sana sunt egris lōgioris vite Et videt q̄ sic. q̄ egritudo est dispositō q̄dā vite & ria q̄dammō. immo est dispositō seu alteratō corruptiōi p̄uia Preterea. Vita stat in equalitate cōplexionū & silr sanitas Corpus aūt nō disponit ad vitā & ad hoc q̄ ab aīa moueat̄ nisi fm eq̄litatē cōplexionis In eadē aūt ꝓsistit sanitas. ergo saniora sunt vite lōgioris Soluto Nō vlr q̄ certū ē quasdam egritudines ee purgatiuas cōplexionū & cōsumētes humores supfluos aptos putrefactōi q̄ si nō cōsumerentur mortē ꝑ cuī dubio iducerēt in breui. Licet ergo vt ꝓbat p̄ma rō egritudines dispōnāt ad nō ee plerūq̄. nō tm̄ vlr immo aliq̄n tāq̄ remouēs. p̄hibēs sunt cā. plōgatiōis vite Preterea. Vite lōgitudo stat in multitudine hūidi et calidi ꝓportionatoꝝ. & sanitas quodāmō stat in equalitate p̄cise. qua nō exīte in certo gradu ꝑfectim sequit̄ egritudo Inequalitas aūt hmōi fm certū gradū ad sanitatē req̄sitū nō excludit vitā. sed cū vita stare p̄t. donec ꝓsumatur hūidū a calido. sicut patz in lāpade ardēte in qua est lychni magnitudo cū multo oleo nō puro. Si g̃ sit modi cū de huido et calido optime ꝓportionatis poterit stare sanitas ꝑfectissima cū breuitate vite Ecōtra si multū fuerit de calido & huido tali ꝓportione optime nō ꝓportionatis stare poterit cū vite lōgitudine egritudo Ad rationes Ad p̄mā dōm q̄ nō q̄libet egritudo ē dispositō ad mortē. sed illa q̄ aufert omnē equalitatē ꝓportiōnis p̄ncipioꝝ vite Ad sēdam dōm q̄ vita nō stat p̄cise in equalitate ꝓportōis sicut sanitas. Etiā p egritudinē certam aufertur dispositō. ineq̄litatē mortifera facies vt sup̄ dictū ē

Sextum dubium est.

Utrū homo ad equū recte valeat ꝓpari in lōgitudine & breuitate vite sicut totū gen⁹ ad totū. Et videt q̄ nō q̄ homo & equus nō dr̄ūt genere sed sp̄e sola Sol̄o Hō & equus nō differunt genere logico vt ꝓbat obiectō sz differūt genere ciuili accipiendo genꝰ ꝑ eo q̄ est generatiōis p̄ncipiū vel ꝑ collectiōe eorum q̄ ab vno generatōis p̄ncipio descēdunt. & sic dicim⁹ totū genus hūanū esse lōgioris vite q̄ equū Et sic accipiēdo genꝰ ꝓpantur in eodem genere adinuicez homines diuersi in lōgitudine & breuitate vite q̄ dicūtur a p̄hō fm sp̄em differre nō logice acceptaz sed ciuilit̄ & ꝓportionaliter sub genere ciuili vt sz dicatur eiusdē ipēi q̄ in eadē regione generātur. vel q̄ ab vno patre descēderūt. & qui a diuersis sp̄e differre. Sumēdo aūt sp̄em ꝓprie logicaliter manifestū ē homīem homini nō posse ꝓpari fm sp̄em q̄si int̄ se sp̄e dr̄ant quod tm̄ i textu ōr phūs

Septimum dubium est

Utrū homines in calidis regionib⁹ habitātes sint lōgioris vite his q̄ morant̄ in frigidis Et videt q̄ nō. q̄ ethiopes morātur in regione calida & sunt breuioris vite habitāt⁹ in regionib⁹ frigidis. immo dicūt cosmographi in ueniri mōtes hyperboreos in quib⁹ vix homines sunt mortales. Preterea. Aer calide regiōis est calidus & educit calorē naturalē ꝓtinue & aperit & laxat corpꝰ. calor autez educt⁹ secū fert humidū & sic inducit putredinē & exiccationē & mortē Preterea. Calidū extrinsecū exterminat et cōsumit huidū. & ideo opat̄ ad vite breuitatē sicut magna flāma lychni in modico oleo Preterea. Calidū extrinsecū ꝑ antiparistasim fortificat̄ a frigido. in locis aūt calidis statim dispgitur & debilitat̄ sui dispersione et diffusiōe In oppositū est phūs in textu. Pro solutōne Notādū q̄ in hac materia vt refert Albtus fere ab oib⁹ peripateticis naturas rez̄ sciētibus ꝓtradit̄ Arestoteli ꝓpter obiectiōes tactas. Et ꝓpter hoc etiā. Alb. dicit q̄ locus frigid⁹ & siccus senior est. & lōgioris vite sunt in eo homines q̄ in loco calido siue sit humidus siue sicc⁹ Et lō dicit idem Albtꝰ q̄ si debeat dictū phī saluari tūc opus est hac moderatōe sc̄z q̄ homines sint lōgioris vite in locis calidis caliditate tpata. sicut mediū tp̄s veris inter hyemē & estatē ōr calidū & huidum Cuius cā est q̄ tale calidū est calidū fouens & nō educēs calorē naturalē. Frigida aūt regio ōr q̄ respectu hui⁹ medij ē frigida & hec habet frigiditatē glatialē & gelātem humores & extinguentē calidū naturale sicut hyems ōr frigida. Et tūc verū est q̄d hic ōr. Alij aūt dicūt licet min⁹ ꝓbabiliter q̄ in calidis regionib⁹ q̄ ad mortē accētalem diuti⁹ viuūt. Quia sc̄z calidū exterminās humidū p̄seruat a putrefactōe Sz quo ad mortē naturalē tardi⁹ moriunt in frigidis regionib⁹ q̄ frig⁹ fortificat ꝑ antiparistasim caloreꝝ & humidū ma-

gis retinet ac plus ꝓseruatur ꝓpter multitudinem nutrimẽti citrꝰ tñ putrefiũt ꝓpter abũdãtiam humiditatis. z sic ꝓcordãt dictum Aristotelis cũ aliis oppositũ tenẽtibꝫ Sed istꝫ nõ est adeo rõnabile sicut ꝓcedẽs. qz in calidis regionibꝫ plures sunt morbi ex putrefactõne vt docet experiẽtia Cuius causa est qz putrefactio fit per h̃ q̃ humidũ a cẽtro versus superficiem trahitur. vñ ab humido nõ ꝑuantur nisi per extractionẽ putrefactiuam ita q̃ putrefactio exiccationem ꝓcedat Per h̃ ad rationes tres ꝑmas ptz solutõ Et qꝺ ꝺr in prima ratione de mõtibꝫ hyperboreis nihil arguit qz mõtes illi nõ sunt frigidi imo delectabilissime habitationis z tpatissimi in calore z frigore Ad quartam ꝺõm q̃ frigus tpatũ ꝑ antiparistasim calorem ꝓfortat sed nõ frigus excellẽs immo calorẽ naturalẽ extinguit z humidũ ꝓgelat Et q̃uis frigꝰ tpatũ ipi⁹ loci calorẽ ꝓfortat. calor tñ tpatꝰ exterior ipi⁹ loci vtilior ẽ ad ꝓfouẽdũ calidũ naturale ipz i naturali humido. Et ĩo videt ea ꝑte calor ꝑse vite salubrior q̃ tpatũ frigus.

Octauum dubium est.

Quare Aristoteles h̃ mentionem facit de corruptione rerũ ostẽdẽdo differentiam corruptionis rerum Soº Hoc fit ideo qz mors est corruptio viuẽtiũ tñ ideo opz ꝑmũ determinare modos corruptõis vt ex his sciamus causam mortis naturalis. oportet em̃ causas mortis q̃rere ex ipis corruptibilibꝫ quas scire nõ possumꝰ nisi corruptibile vt corruptibile ẽ inuestigemꝰ. Sic igit necesse ẽ accipe qꝺ ꝑpriẽ ẽ corruptibile i rebꝫ illis q̃ naturalit sub sistũt qz de numero illoꝝ sunt ea q̃ ꝑticipãt vita z morte

Nonum dubium est

Vtrum accidẽtia sint dupliciter corruptibilia Et videtur q̃ nõ. quia accidẽtia nõ sunt termini generatõis ergo nõ ꝑñt corrũpi Solutõ Dupliciter sunt aliqua corruptibilia accipiendo corruptõem cõiterꝫ est corũ q̃ quocũqz modo habẽt esse quomodo de corruptõe phꝰ h̃ loquitur Nam quedã sunt ꝑ se corruptibilia sicut ea que corrũpũt a suo ꝓtrario Et hic modus corruptõis est cõis tam substãtijs q̃ accidẽtibus per se ꝓtrietatem habẽtibus Et sic primo z ꝑ se corruptibilia sunt quattuor elemẽta q̃ sibi primo ꝓtriãtur. Mixta aũt nõ corrũpũtur nisi particiꝑatiõe elemẽtorum ꝓtrioꝝ per hoc q̃ elementa solũntur ab illa medietate qua in mixto coeũt in esse mixtionali sub forma mixti Vñ substãtie que nõ sunt ꝓtrie ne q̃ ex ꝓtrijs nõ sũt corruptibiles Accidẽtia vero preter modum hũc corruptiõis cõmunem omnibus quia scilicz esse habẽt dependens ad subiectuz sine quo esse nõ ꝑñt. Ꝺo ad corruptõem subiecti corrũpũtur z hec est corruptio ꝑ accns ad corruptiõem ꝓseruãtis sicut corrupto homine per accns corrumpũtur in eo omnia accidẽtia que in eo viuẽte fuerũt vt figura alteꝺo quãtitas z similia. naz licz q̃ꝺam maneãt i corrupto ꝑm speciem nõ tamen ꝑm esse individuale Accidẽtia aũt respectiua nõ solum corrũpũtur ad corruptionem subiecti per accns sed etiam ad corruptiõez sui termini correlatiui Per h̃ obiectũ soluit ex dictz

Decimum dubium est.

Vtrum ignorãtia sit corruptibilis ꝑ reminiscẽtiaz z eruditiõem. Et scientia obliuione z deceptiõe. Et videtur q̃ nõ Quia nõ entis nõ est corruptio. ignorãtia autem nihil est Similiter scientie nõ est corruptio qz est habitus q̃ꝺam in subiecto icorruptibili scz anima z cum sit substãtialiter spes intelligibilis nõ habẽs ꝓtrarium vel promptitudo vtẽdi spẽ sic ꝓsiderãdo rem z cum nõ etiam ꝑ accꝺẽs corruptibilis nullo mõ videtur corruptibilis Solutõ Sic. vt ꝺr ph̃us in textu. Vñ aduertẽdũ q̃ ignorantia duplex ẽ scz pure negatõis q̃ ꝺr nescientia z huius ꝑprie nõ ẽ corruptio scz potius est ipa met corruptio licet generatõ scie improprie loquẽdo posset dici eius corruptio Ignorãtia aũt praue dispositiõis q̃ ꝺr error alio nomine. qualitas q̃ꝺaz ẽ realis in aia que opponit scie z generatur in nobis ꝑ syllogismũ falsigraphũ z corrũpitur ꝑ veram demõstratiõem vel opponitur itellectui ꝓncipiorum z fit in nobis falsa apphẽsiõe vel obliuione ꝓncipiorũ Et huius duplicis ignorãtie ẽ in nobis corruptio vt ignorantia q̃ fit obliuione ꝓncipioꝝ. veroꝝ corrũpit ꝑ reminiscẽtiam verorum ꝓncipioꝝ. q̃ aũt simplici apphẽsione ꝓncipioꝝ falsorum z ꝓtrariorũ veris principijs fit docibilitate seu eruditione Et ꝑ hoc patet solutõ ad ꝑmã rationẽ Ad secꝺam ꝺõz q̃ itellectus nõ subiectat sciam ꝑfecte nisi inquãtum stat ꝓuersus ad phãtasiã phãtasmatibus ꝓuenientibꝫ dispositã. phãtasia aũt z substãtialiter z accidẽtaliter ẽ trãsmutabilis. g̃ scia ea ꝑte per accns est corruptibilis scz ex corruptione scientis habentis phantasiam et ad corruptionem phantasiez aliaꝝ potẽtiaꝝ a quibus dependet. Corrũpit etiam ex obliuione qz labitur phãtasma a phãtasia Ex corruptõe autem medij vel scibilis nõ est corruptibilis scia ꝑpriissime dicta que est medij z subiecti scibilis tã q̃ icorruptibiliũ nisi forsan ꝺditionalit. z ltz ꝑ syllogismũ falsigraphũ oppositũ scie ẽ generabile. s. error tñ ꝓ hoc habitu scie i aliq̃ exite nõ videt erroze vinci posseꝝ falsigraphia

Undecimum dubiũ est.

Vtrũ aia sit corruptibilis Et videt q̃ nõ Quia nõ est ex ꝓtrijs nec habet ꝓtrariũ nec ꝑt corrũpi ad corruptionem ꝓseruãtis seu subiecti Tũ quia nõ est in altero quia substãtia Tũ qz subiectũ cui iest vt forma partis materia est. q̃ ẽ ingenerabilis z icorruptibilis primo phycorũ. Preterea. Anima ꝑm essentiã ꝓpriã gitur materie ꝑme. ergo nullis dispositõibus ꝑt auferri In oppositũ arguit Est generabilis quia termin⁹ generatõis g̃ vt sic etiã corruptibilis ẽ vegetatiua scz z sensitiua. Secus de itellectiua q̃ separatur ab alijs sicut ꝓpetuũ a corruptibili saltẽ ꝑm esse supius quo excedit aias ceteras Solutõ Nõ quelibet icorruptibilis est ꝙz sicut dixit Plato z magister suꝰ socrates z multitudinũ phorum solũ aia itellectualis que licz generatiõe attingatur ꝑm esse quo viuificat corꝑ suum tñ entitas z essentia nõ generatiõe sed increatiõe producit. Quecũqz em̃ aia est forma in materia absq̃ dubio corruptibilis ẽ sicut aia vegetatiua z sensitiua Aia autez q̃ nõ est forma in materia sed est separata cum nõ habeat cõtrarium ꝑ se neq̃ in materia. z ita illa icorruptibilis sicut est itellectiua saltem. q̃ simpliciter z ꝑm essentiaz z modũ essendi quẽ habet cũ itelligentia ẽ omnino icorruptibilis licz ꝑm modũ esse di q̃ generatiõe ꝓportionaꝝ copoti ꝺr ꝑm qꝺ corruptibilis Ad rationes Ad ꝑmã ꝺõm q̃ licet aia q̃ ẽ virtꝰ i corꝑe nõ sit ex ꝓtrijs nec habeat ꝓtraria ꝑm se ipam est tñ forma corpis in se ꝓtrietatẽ habẽtis quã excellit aliqꝺ simplicium qꝺ est extra ipm Est etiam qꝺlz talium anima ꝑ forma inchoata in materia ꝑ esse habituale ꝓfusuz formaꝝ elemẽtarium. miscibiliter fractaꝝ ab excellẽtia sue ꝓtrietatis. z ĩo soluto tali ẽ habitualiter ꝓfuso

necesse ē corrūpi aias sensitiuas ꝛ vegetatiuas q̄ sunt forme ñixti Et licet materia que formaruz substantialiū subiectū ē sit incorruptibilis ſm substātiam ꝛ essentiā. est tñ ſm cē actu corruptibilis ꝛ mobilis de forma in formā Alia aūt intellectualis nullo hoꝛ modoꝛ est corruptibilis simplr sed solū ſm q̄d vt dictū est ſm modū essendi

Arguit Alia intellectiua dispolito corpe vltima dispositione infundit p̄ creatiōem. ergo hac dispositiōe semota ipsa sui separatiōe ānihilabit Sicut etiā videt velle Auicē na Solutō In ea pte dictū Auicēne falluz ē. nec est simile q̄ necessitate nature aia creādo nō ifunditur sed libere et tō corpe indispolito nō ānihilat aia. immo cuz dei opa ꝓpt sui bonitatē sint sine penitudine nō annihilat aia ad idispositiōem corpis sicut ad dispositiōem eius increatur

Ad sēdam ratiōem dōm q̄ cū de⁹ ꝛ natura nihil faciant frustra aia licz ſm essentiā p̄ūgatur materie p̄me tñ quia corpori omnino idispolito ad quācūq̄ exercēdā operatōne aie pexistetis necesse est aiaz ſm essentiā etiā a corpe separari Plenarie ꝛ resolutorie de ꝓpetuitate ꝛ corruptibilitate aie tractare nō est p̄sentis negocij. Solū eiꝰ p̄ accūs h̄ de corruptiōe eiꝰ agit vt sciamus an ne aliqua causa lō gevite vel breuis sit sumēda ex pte aie

Duodecimū dubiuz est.

Cui particule corporis p̄mo cōuenit motus. cum em̄ sit de cōibus anime t corporis oportet q̄ sicut inquisitū est cuius sit facultatū anime. Ita etiam inquirendū est cui⁹ particule sit corporis. Pro solutione nota q̄ valde diuersificantur super hac questione qui de phīsicis scripta reliquerūt Galienus em̄ t sequaces eius posterius capitis (vbi nacha descendit a cerebro) id quod mouet ex parte corpis primū esse dixerūt ꝓpter quinq̄ causas Prima quia vbi est virtus et facultas anime ibi videt esse p̄mū organū mouendi. sed cum sensitiua t intellectiua sint sole mouentes operentur q̄ in capite, videt q̄ in capite sit primū organum motus. Anterior em̄ pars humida est valde t mollis. p hoc cōperens sigillationi formaꝝ sensibilū in sensib⁹. Motus aūt cū p humida t mollia expleri nō possit eo q̄ illa tracta a motore resolueret. opꝫ q̄ ex oppsito sit dispositā ānterior ps capitiꝫ. Erit g̃ sic posterior pars capitis principiū motu⁹ ex pte corpis sicdem sicco p sicitur motus saltem ꝓgressiuus magis q̄ humido. motum aūt dico ꝓgressiuū qui est motus animaliū. Secunda ratio. diuersaꝝ virtutū t subalternatim positarum diuersa sunt organa. cū ergo motiua t sensitiua sint diuerse virtutes et non subalternatim posite. habebūt organa diuersa. t cum eedem mouētes. t apprehendētes subiectū oportet q̄ sint vicine. t ideo apprehendentib⁹ anteri⁹ capitis. motiuis aūt posterius attribuūt. Tercia rō sumpta ex rationib⁹ anatomie. ꝺa cum diuidit corpus nerui motiui oēs cōtinuati videntur aut ad nucham que est vicarius posterioris partis cerebri ex qua descendit aut ad posterius capitis. Quarta ratio sumitur ab expertis hoc modo. Nam mollificātia neruos motiuos t infrigidantia que stupefaciunt t immobilitāt neruos motiuos et resoluunt. descendūt a posteriori parte capitis. t cum ibi tangūt neruos tollitur motus a mēb⁹is t fiunt contracta. Relinq̄tur ergo q̄ illō sit p̄ncipiū motus in toto corpore. Quinta ratio Incisis aliq̄bus neruis. animalia cōtractionē t immobilitatē incurrunt quorundā membroꝝ. quod nō esset nisi ibi esset primū motus principiuꝫ Et eandē hāc sententiā videt tenuisse Plato. Qui sicut narrat Apuleius in libro de platonis dogmate totū hominē in vultu esse dicebat eo q̄ oēs alie virtutes originaliter erant in capite. t ꝑcipue motiua que mouere habet p ūperiū. vnde iustū eē dicit hanc arcē corpis tenere sicut t in mūdo quecūq̄ supiora sunt. inferioribus habēt imparе. Addunt autē q̄dam sicut Rasis t alij indirecte argumētantes q̄ si cor vel epar esset p̄ncipiū motiuum tūc deberēt ab ipo et ad ipm instrumēta motus deriuari Hoc autem non est verum eo q̄ in hoc esset maximū nocumentū. quoniā extendendo neruos et ossa frequenter cōmouerēt. t sic forte a basi sua solueret. t hoc inducerēt mortē. Qđ cōfirmatur experimēto nam cadētes. vel percussi in posterioribus capitis. statim obrigescūt t incurrūt membroꝝ immobilitatem. Cōsentiunt autem oēs isti Platoni quez fere oēs antiqui sequebant. exceptis admodū paucis qui cōcupiscentiā et appetitū posuerunt in epate esseq̄ in inferno aluꝰ. au daciaz seu irascentiam in corde. rōem aūt oīa ad nutum mouentē cum omnib⁹ sibi deseruientib⁹ dixit esse in cerebro. Et ꝓpter hoc caput dixerunt esse sphericū vt organuꝫ motus in aīalibus etiam in figura videret congruere corporib⁹ que p̄mo m celestibus mouent. t sunt causa motus inferioꝝ. esse autem distinctum dicunt ipsum caput vt motiua principia arcem tenerent imperātia t altrinsecus distribuerentur illis deseruientia. Ān equidē ea que motū esse faciendum vel nō faciendū esse denūciant. Retro ea que mādant exequutionē eisdē. Quidā aūt socraticoꝝ phoꝝ addūt q̄ sī attribuat p̄ncipiū motus animaliū cordi in quo est ira scētia. vel epati in quo ē latebrosa sedes libidinū. nunq̄ ee hunc motū nisi inordinatū. causa aūt omnis inordinatiōnis in motibus est quādo hec p̄ma mouent t non ratio. Tunc aūt dicūt motus ordinatos quādo descendūt ab arce dignitatis. h̄ est a se de rōis in capite. Oīm aīal asserunt quandā cognitionis scintillā habere in capite. que ē cā ordinatōis motuū suoꝝ p̄m nature exigētiā. cuius nō habeant rōnem. Addūt aūt predictis his q̄ lesiua arcis in capite faciunt inordinationē. nō autē lesiua in corde vt in epate. Cordiaci em̄ t epatici motus habēt ordinatos nō aūt hi q̄bus corrupta est media cella capitis quā logisticā primus Socrates appellauit. t hoc est signū q̄ principiū motus a capite sit t nō ab alio organo. Sed hec opinio ipis peripaticis oīa p rōem inuestigantibus nullo mō placet. ꝓpter quod Auerrois vbi loqtur de mouente sup libro de aīa Aresto. t Auicēna in quarta pte sexti naturaliū suoꝝ t alij cōplures cor dicunt esse primā particulā cui p̄mo cōpetit motus inter cetera mēb⁹a corpis t nō caput. Quod ꝓbant sex rōnibus fortissimis virtutez demōstrationis habentib⁹. Prima est. Oīm qđ mouetur in mūdo necessario ad p̄mi corpis p̄mū motū velut ad cām reducit. est em̄ aīal in mouendo sicut minor mūdus. vt dr viij. physicoꝝ. propter ergo q̄ oīs motus totius corporis aīalis reducat ad motū p̄mi organi sicut ad cām. non est aūt dubiū apud aliquos q̄n primū membroꝝ motū in aīali sit cor. hoc g̃ erit p̄ncipiū omniū alioꝝ motuū cuius motu qūoliber rapiunt mēb⁹a alia sicut motu diurno celi mouent cuncte sphere celi. Secūda rō. cor est p̄ncipiū factum re omniū alioꝝ membroꝝ t nō caput. nā formatiua virtus in semie existēs p̄mo formaꝫ cor sibi in sedē t domicilīū. t ex illo porrectis lacertis t venis t arterijs sup iozafabricat et inferiora. Qđ aūt est p̄ncipiū subē alioꝝ mēb⁹oꝝ ipm etiā est p̄ncipiū operationis t motus. g̃ cor est primū p̄ncipiū. Tercia rō. q̄ oīs motus aīalis fit imitādo vel fugiendo. t his duob⁹ sensibiliter ꝑcipit cor. p̄m diastolez quidē in vno. t p̄m systolē in alio. Ꝟstat g̃ indubitāter motū cordis hoꝝ duoꝝ motuū p̄ncipiū p̄mū. Quarta rō est qm̄ passiones q̄ faciūt motus istos oēs st̄ cordis. sicut timor tristicia spes t gaudiū t delectatio t amor t oīa huiusmōi. Cū g̃ sint effectiua motus t ad cor referunt. constat cor eē mēb⁹oꝝ qđ organice mouēs in motib⁹ aīaliuꝫ est primū. Quinta rō sumpta a spiritib⁹ t sanguīe est. qm̄ p calorē t spūs t sanguinē pparant organa ad motū. Hec aūt in oīm motu aīaliū videm⁹ aut a corde. prēdi. aut ad cor refugere. qm̄ in amādo. sperādo. gaudendo. delectādo a corde ꝓcedūt t ꝓtendunt in organa mobilia Timēdo aūt et tristādo. verecūdādo t dolēdo sentim⁹ ista ad cor refugere. vt infra dicet. Cū g̃ spūs t sanguis t faciāt motū. t accelerent cōfortando organa. videt ineuitabili rōne concludi cor esse primū p̄ncipiū motuum animaliū. eo q̄ est p̄ncipiū sanguinis t spirituū. Sexta rō. oīa opa vite necesse est ꝓncipiari a p̄mo organo vite. est aūt mor⁹ aīaliū ꝑcipuū inter opa vite. g̃ oꝝ q̄ a sede t domicilio vite p̄nciꝑiet. qđ est cor. Vltra aūt talia sunt ex q̄bus idē ꝓbat

Cui particule corporis primo cõuenit motus

Nam in ordine vniuersi celi ⁊ mũdi scit nihil esse motus principiũ nisi quod cõtinue mouet. Uliter aũt erit in ordine omniũ organoꝝ animaliũ nihil esse principiuꝫ motus et alioꝝ operũ nisi quod suo mõ continuũ habet motuꝫ. Scit aũt hoc nihil esse cor ipm. Preterea cum motus animaliũ sit de dextro in sinistrũ. conuenientissime refert ad mediũ inter dextrũ ⁊ sinistrũ. hoc autem nõ est nisi cor qm̃ licꝫ declinet parũper ad sinistrũ. tamẽ hoc nõ fit nisi p accidens. vt scꝫ a nocumẽtis epatis que ascendũt ad dextrum subducatur ⁊ etiã sinistrũ aliquantulũ calefiat. qõ ex absentia epatis calidi et psentia splenis frigidi aliter infrigidaret. Harũ autem duaꝝ sectaꝝ. medicoꝝ vulgus fm plurimũ rõnis expers eligit viam Platonis. phisicorum aũt peritissimi cõsenserũt in viam peripateticoꝝ dicentes cor esse principiũ ⁊ vite et spiritus ⁊ sensus et motus ⁊ omniũ eoꝝ que fiunt in corpore. Quibus sic notatis respondendũ est ad quesitũ per hanc conclusionẽ q primo virtus motiua cõuenit cordi ⁊ ex cõsequenti mẽbris aliis. quoniã spiritus primũ est quod post cor mouet cum motũ sit. Sicut autẽ dicimus spiritus esse directos ad cerebrũ. ⁊ ibi determinari in organis sentiẽdi ad hoc q fiant sensituis administrantes et pentantes formas sensibiliũ. Ita videtur hic dicendũ q in veritate ⁊ ineuitabiliter cõclusum est cor esse motus principiuꝫ. sed tamen spiritũ extendi ⁊ retrahi p neruos cerebri ad ipius cerebri posteriores partes ⁊ cellas. ⁊ ibi induere formã spirituũ motiuoꝝ pleue. ⁊ ibi ab illa parte sentiuntur extendi nerui ⁊ chordẽ ad ipsius motus perfectionẽ. Nec videt cõtradictio in verbis antiquoꝝ. quoniã ipsi peripatetici optime concludũt cor esse principiũ primuꝫ inter organa animalis motus. prorumpũ aũt ⁊ determinatum est posterior pars cerebri que per spiritum illuc protensum mouetur a corde. motoꝝ aũt non semp ad se ducit immediate ligamenta ⁊ chordas mouentes. sed ad locum vbi cõuenienter fit motus. quoniã si vie iste oẽs singulatim peruenirent ad cor vna impediret aliã. ⁊ ideo cum substãtia liter oriank a corde deriuank ad cerebrũ. ⁊ inde diuidũtur per corpus vt totum per musculos moueant. Cor eim̃ esse principiũ neruoꝝ ostendit ipsa eius duricies que non est aliunde causata nisi quia ex carne neruosa tota est causata substantia cordis plus q̃ caro alicuius alterius membri. Ex substãtia ergo cordis deriuank. licet hoc medici dicere videãtur. Unde fm Aristotelẽ in libris animaliũ tam vene q̃ nerui deriuantur a corde. sicut et arterie. ⁊ quicqd est alioꝝ in corpore. Huius aũt talẽ possumus assignare rõnem. Scimus eim̃ q omnis diuersitas que est in organis animaliũ est propter diuersitatẽ particulariũ seu potestatũ anime. oportet ergo q talis sit ordo organoꝝ ad vnũ aliquod organum. qualis est ordo potentiaꝝ anime ad vnam anime substantiã ex qua fluunt hmõi potentie. aliter eim̃ vt dicit Auicẽna. nec anima nec corpus esset vnũ. Cum ergo manifestũ sit animã esse in corde. videtur omniũ organoꝝ esse relatõ ad cor. sicut ad principiũ primũ. Principiũ qdem primuꝫ est ex quo sunt alia. ⁊ ipsum non ex alijs. Caput enim scimus crescere ex alijs membris. ⁊ quasdã partes capitis vltimo cõpleri in generatione. Cor autem sic dispositũ est q non ex aliquo alioꝝ membroꝝ. oportet ergo esse principiũ motus. ⁊ vite ⁊ sensationis ⁊ omniũ alioꝝ operum vite. Sed sicut p ma semp vniuersalia sunt ⁊ confusa ⁊ indistincta ⁊ indeterminata. determinank aũt quando applicank secundis. Ita est de istis viribus ⁊ motiuis q videlicet non habeant plenam determinationẽ ⁊ distinctionem fm q a corde procedunt. sed applicata alijs organis principaliby accipiunt formas ⁊ virtutes illoꝝ. ⁊ ex his distincta determinatas habẽt opationes. Et ideo sentiendi opatio dicitur pfici in prima parte capitis. ⁊ mouendi in vltima siue posteriori parte capitis eiusdẽ. ⁊ naturaliũ virtus dicitur pfici in epate. formatiua vero in testiculis. Sic aũt dicendo p conformitatẽ respõdent ea que microcosmi sunt eis que sunt macrocosmi. quoniã esse nature quãto altius refertur ad principia mũdi est indistinctius ⁊ simplicius. ⁊ descendendo per principia mouentia ad esse. que tñ omnia non principiant nisi virtute primi. accipiunt distinctiõem et quãdã opatiõem. Aliter eim̃ vt videtur frustra essꝫ locus inuentus secũdoꝝ. si ⁊ esse eoꝝ ⁊ distinctiõem acciperent ea que sunt a primo vniuersitatis motoꝝ. Propter aliud eim̃ est scõm. ⁊ ꝓpter aliud terciũ. ⁊ sic deinceps. Et eadem rõ est de membris pncipalibꝫ in corporiby aialium Secũdũ eim̃ aliq̃d ꝓfert addens ad id qõ inuiauit pmũ et terciũ iterũ aliq̃d addit. ⁊ sic deinceps. donec id qõ ꝓcedit in opus vtiliter ⁊ sufficienter distinctuꝫ ⁊ determinatũ sit. Per hoc eim̃ patꝫ solutio omniũ eoꝝ q̃ in pmiby generabant dubitationem

Octauum dubium est.

Quot sunt genera passionũ omniũ mouentiũ animaliuꝫ Solo fm Alb. in ꝓmetario sunt duo principalia scꝫ tristicia ⁊ delectatio. q̃ sunt finales passiones appetitꝰ cõcupiscibilis. Ad illas eim̃ cetere passiones cõcupiscibilis. puta amoꝝ odium desiderium fuga reducũtur. ⁊ qꝝ irascibilis est ꝓpugnatriꝫ concupiscibilis. in concupiscibilem finaliter ordinatur. ideo nõ sunt passiones irascibilis finales simpliciter. sed in istas nominatas finaliter ordinãtur Sicut eim̃ se hꝫ potẽtia ad potentiam ita passio ad passionem. appetitus autẽ concupiscibilis est finis irascibilis. ideo passiones q̃ncꝫ irascibilis in finales passiones q̃ stꝫ ipsius ꝓcupiscibilis ordinãtur. Licꝫ g̃ sint vndecim passiones. ad duo tñ genera dicta reducibiles sunt. Et qꝝ sine noticia passionũ hmõi nõ bñ ꝑt haberi intellectꝰ motuũ aialiũ. qm̃ passiones noiate multiplr variãt cor. ideo vt in motu eo plenꝰ intelligamꝰ naturã motꝰ aialiũ expedit parũ tractare de passionib. Pro q̃ incidit

Nonum dubium.

Quid sit passio aialis de qua sermo. Pro solone notãdum. q hic non est curandum quid passio sit fm essentiaꝫ et formalem definitionem. de qua ad moralem philosophiam determinare pertinet. sed potius quid sit materialiter vel causaliter hoc querendum est. fm q per passionem diuersimode habitudinatur cõplexio cordis fm q Andronicus peripateticꝰ dixit omnia in motiby cordis perfici constrictione et dilatatione. quos motus greci systolem ⁊ dyastolem vocant Secundo notãdum est q omnis sensus dissimilitudine perficitur. Quando eim̃ organũ rei sensibili assimilatum est tũc nõ sentitur amplius et ideo contingit q ethicus non sentit calorem suum. cũ tamen maioꝝ sit aliquando q̃ febricitantis. Causa autem huius est. quia calor ethicus infusus est membris factus habitualis. ⁊ ideo non sentitur. qõ et nomen eius ostendit. quia ethicum morem sonat vel consuetudinem. Febricitantis autem calor eo q circũstat membra sentit multum

¶ Quibus sic notatis respõdetur ad quesitum ſm Andronicũ passionem definientem. q passio est irrationalis anime motus z pter naturã motui appropinquãs. Dicitur aũt irratõnalis anime motus. quia pars aĩe rõnalis passionibus non subiacet proprie eo q nullius partis corporis est actus. Passio aũt de qua sermo sine passione corpis nullo mõ pficitur. Additur aũt appropinquãs motui pter naturã. q si esset motus redactus ad naturã corporis. absq; dubio nullã faceret omino sensus perceptionem. z ita per cõsequens non faceret motũ. Est ergo prima causa passionis. sensibilis mouentis z sensus moti dissimilitudo.

Decimum dubium est.

An duabus passionib; principalib; delectationi scilicz et tristicie ꝓportionetur duplex cordis motus puta systoles z diastoles ¶ Solutio sic. Et quia q̃ttuor ꝑme differentie passionũ quas ponit Andromicus z omes peripatetici. scz tristicia. timor. z concupiscẽtia. quã quidã spem vocant z delectatio siue gaudium ad duas principalissimas in causis naturalib; et motibus reducunt puta ad angustiã siue tristiciam. z ad delectationẽ siue gaudium ideo his duabus passionib; principalib; ꝓportionant ſm gradus diuersos duo motus cordis. scz diastoles z systoles. Angustia em seu tristicia est ex psenti vel futuro. et similiter delectatio. Et in ꝑmo quidẽ mouet cor ſm systolem cõstringendo z fugiendo in seipsum. In secũdo vero mouet ſm diastolẽ dilatando se extra seipsum. Cuius signũ est. quia cum homies sunt in angustia cõstringũtur suspirantes. cum aũt sunt in delectatõe multũ intensa extendũt brachia z totũ corpus. quasi nõ in potestate suorũ existentes. Cã aũt prũi est. quia cor trahit ad seipm spũm z sanguinẽ vt calefacti extendãtur in adiutorio corporis z membror. propter quod etiã plurimi ꝑmũ in plus pauidi z timentes post audaces et feroces inuenti sunt. Causa aũt secũdi est. quia cor expellẽdo dulcedinẽ complerã impler membra spiritu cum impetu a corde ꝓpulsato z cum subtili sanguine. z hec cõpulerunt membra extẽdi. Scimus aũt q nihil fugit id quod est naturale sibi z cõseruationi sue. sed potius quod est sue natura cõtrariuz et destructiuuz. oportet ergo q omis motus angustie et ipsa angustia sit ex hoc quod est cõtra naturã. et ex eodez cõuincitur motũ dilatationis esse ſm naturã propter id quod est nature cõferens apphensum. z ideo in hoc imitatur natura z prosequtur totũ spiritũ z corpus extẽdit in illud Sed cõtra. Supra dictũ est passionẽ esse motũ irratõnalis anime z pter naturã motui appropinquantez. ergo delectatio nõ est ſm naturã. Ad quod dicendum q delectatio vt in pfecto esse est ſm naturã. sed ſm esse imperfectũ. vt est in fieri est pter naturã. Et licet delectatio sit sicut dictũ est ex cõiunctione cõuenientis cum conuenienti. vt dicit Dionysius. tamẽ hec ſm Arestotelem et Platonẽ diuersimode accepta inueniunt. Plato em considerans passionis esse. nõ esse nisi ſm corporeas et cordis virtutes. dicit q omis delectatio est generatio in sensibilẽ animã. z tristicia similit corruptio est in sensibilẽ animã. cum opposita nata sint fieri circa idem. Arestoteles aũt in ethicis vult q omnis virtus sensibilis anime et intellectualis nõ habens impedimentũ in propria et naturali operatõe delectat. Et ideo pbus p causam definies delectationẽ dicit. q delectatio est operatio propria et cõ naturalis non impedita. Et hanc definitionem sequens Auicenna in epla de dispositione. cordiũ z spiritiby corus dicit q omis delectatio est apprehẽsio pfecte acquisitionis ppie virtutis. sicut sentire dulce. z odore bonũ delectatio est sensui. pcipere vindictã virtuti irascibili. et pcipere speciem virtuti cognitiue z estimatiue. z theoremata virtuti intellectiue. cum autem omis perfectio sit naturalis oportet necessario vt õt Auicẽna delectationẽ innasci cuilibet virtus pcipit qõ naturale est sibi. Ille g̃ stz due cause imitatõis vel fuge in omi motu animaliũ

Motus cordis

Undecimum dubiũ est.

Quare sepe de naturalibus et conferẽtibus bone habitudini quosdã ꝓtristari videmus z angustiari. sicut de absentia meretricũ vel vini superflui. tristantur fornicatores et potatores ¶ Solutio patet ex dictis. nam habitus innaturalis trãsponit animal extra pceptionẽ sensus. z qõ sentit contrariũ illi habitudini innaturali mouet ad tristiciã. z quod cõueniẽs illi senserit mouebit ad delectationẽ. z ideo delectatões fornicatoꝝ z potatoꝝ tristicie stz sicut delectationes egrotatiuoꝝ z tristicie.

Duodecimũ dubiuz est.

Quot potentias angustiandi z delectandi habet quidez omne quod mouet motu animalis ¶ Solutio. nõ est vna omniũ in his naturalis habilitas z aptitudo. quonã differentia inter potentiã passiuã z habilitatẽ siue aptitudinem est. quia potentia equaliter est inter oppositas. Habilitas aũt inclinata est magis ad alterũ oppositoꝝ. oportz autem nos aptitudines istas determinare ex dispositõne primi organi motus. hoc est cordis. cuiꝰ ꝓplexiones multe sunt sicut z totius corporis aĩalis. Est aũt omis equalitas naturalis. z egressus ab equalitate est innaturalis. aut ad innaturalia appropinquat. Dico aũt equalitatez ꝓportionis geometrice medietatis. sicut est sepe dictum in ante habitis libris. Quot sunt autem equalitates cõplexionũ in cõmuni alibi dictũ est. scz in lib. de natura locoꝝ ¶ Dicendũ ergo hic in cõmuni q corꝓportionabiliter in medietate cõsistens habet sue ꝓplexioni correspondentẽ spiritũ z sanguinẽ. z precipue thalami cordis in quibus est subtilior spiritus z sanguis clarior. Possunt autem ista ſm egressum ab equalitate z ſm equalitatẽ multis modis variari. Aut em est multus subtilis z clarus tẽperate cõplexionis ipse spiritus p humidũ z calidum. z talis spiritus maxime accedit ad dispositionez celestium. Aut habet omes ꝓprietates his cõtrarias q scz est paucus. grossus. obscurus. intẽperate cõplexionis. z in frigore excedens. aut in calido vel humido vel sicco equalitatem sue cõplexionis derelinquens ꝓpter hoc q cor et corꝓus similit recedunt. Aut est deficies in aliqua qualitate ab illo. vel in quantitate qualitates retinẽs. Quod contingit multis modis Aut em est paucus subtilis. clarus tẽperatus. quod raro contingit. Grossities em illa proue nit ab aliquo obscurante eum. z ideo frequẽter ꝓcomitatur subtilitas z claritas z grossities z obscuritas. Contingit tamẽ aliquãdo obscuritas ex spiritus cõpressione licet sit clarus in seipso. z hec cõpressio aut cõtingit ex frigore accidentali. aut ex reuolutione spũs in seipsum. aut est etiam spiritus multus subtilis. sed non clarus. sed niger z fuliginosus z intẽperatus. Et sunt tot modi spirituũ quot modis dicti spũs conditiones possunt cõponi

An dispositões cordium sint eedem.

et diuidi. & in quolibet mõ sñt multi pticulares modi. q̃ q̃ dẽ si ap tm dine cordi faciãt ex naꝛali cplexiõe. tũc pdu/ rũt hmõi habilitates. & si aliqñ q̃s studiũ ponat in ptra/ riũ tñ redeũt & vincũt frequẽter. sicut dixit Horatiꝰ Na turã expellas forte tñ vsq; recurret. Aliqñ aũt causañ ex ꝓsuetudine & studio. & ille etiã durãt diu. Aliqñ etiã fiũt ex nutrimẽto sumpto. & ille nõ diu durãt nisi assiduẽ tal nutrimẽti sumptio. Dicimꝰ g̃ q̃ si in corde sit multꝰ spũs clarus subtilis calidꝰ & humidꝰ tpate hic ẽ aptissimꝰ gau dio & delectatõi. & nõ tristabiꝫ hñs spũm hmõi. nec angu stiabiꝫ nisi ex magna cã. & hec ẽ optima dispõ sm spũm q̃ qñ vitã florẽtẽ facit. & tñ hec ꝓpter ꝓiũcta sibi dissolutõez ipedit studiũ scie & ꝓtuꝫ. sicut refert Arꝫ. in li. de pblem asseres q̃ oẽs excelsi in sapĩa & heroycas ꝓtutes hñtes fe re fuerũt melãcolici. Talis g̃ homo in cuiꝰ corde generaꝫ hmõi spũs in oĩa mẽbra corpis imittit spũs. q̃ multi sñt et nõ deficiũt. & ideo pseuerat in eo gaudiuꝫ & delectatio. et talis claras & iocũdas hz ꝓceptas formas. eo q̃ tales repũtat clarꝰ spũs. Talꝫ etiã intime gaudet. q̃ in medul las eiꝰ penetrat subtilis spũs. nec remoueꝫ a delicijs ꝓpt ꝫ q̃ nihil in patũ ẽ excuties spũm extra statũ quẽ hz. Si aũt q̃s ẽ pauci subtilis & clari spũs & hũidi facile gaude/ bit ex q̃libet occasiõe & vehemẽter. sz cito deserit. q̃ spũs deficit ex paucitate & facile dimittit qđ ꝓcipit ex hũore. et q̃ talis est paucoꝝ spirituũ. iõ facile iucundaꝫ. & facile cadit a iocũditate. Si q̃s aũt ẽ pauci spũs & tenuis. & nõ clari. sicut sñt spũs ꝓualescentiũ ex egritudinib; & macilen toꝝ siccoꝝ. hic non gaudet de facili. eo q̃ spũs vix sufficit ꝓncipio vite. & ideo in corde retineꝫ & nõ diffũdiꝫ in delici as corpis. Hi aũt quoꝝ spũs est multꝰ qđẽ & grossus. si ꝫ cũ sit calidꝰ & obscurꝰ erit fortissime ire diu durãt. nõ de facili remiscibilis. q̃ spũs grossus repugnat diffusioni et ideo pondere suo ꝓmit cor. & obscuritate sua terri/ bilia sua ingerit. & grossicie sua diu tenebit. vñ tales spũs hñtes sunt memores iniuriaꝝ cuꝫ tpe. Et vt inqt Arꝫ. hñt tales ꝓpie rubei vini ꝓpietates. qđ fumosum & va/ porosum est. & hz vapoꝛẽ spissuz & calidũ. caput spiritib; replẽt. & ideo sunt studiosissimi & ꝓstates in grauitate et magnanimitate heroice ꝓtutis. & magis attẽdũt his q̃ sunt ẽ ꝫ his q̃ fuerũt ꝓ longã moꝛã formaꝝ in cellul' ca/ pitis sup q̃s nõ sensus sed intellectꝰ ꝓuertitur. Si aũt sit spũs paucus & nõ clarꝰ sed subtilis & calidꝰ. talis erit bre uis & feruẽtis ire. sed nõ diu durãtis. cuꝫ ꝓpter spũs pau citatẽ. tum ꝓpter subtilitatẽ. Feruet aũt ira ex calido. et nõ de facili gaudẽt ambo isti. Si aũt sit spũs paucꝰ gros sus & obscurus & frigidꝰ. hoc erit de ꝓditõne melãcolie & senij. & ꝫ tantũ excedere pt q̃ nunq̃ gaudebit. sz semp tri stabiꝫ. et si nõ excedit multũ tũc tñ nõ facile gaudebit. sz facile tristabitur. & erit pauidus ex q̃libet cã. fugiẽs etiã vt ita dicã formas. & ideo senes tristes sunt & melãcholi ci de melancholia naturali. Q̃nq; aũt est varietas spiritu um nõ ex cplexione hoĩs. sed ciboꝝ & potuũ. & inde est q̃ medicoꝝ sapiẽtes dicũt q̃ boni cibi generant bonos hu/ moꝛes. & boni humoꝛes bonos spũs. & boni spũs bonos moꝛes & delectabilẽ vitã. Hinc est etiã q̃ vinuz dr facere hoĩem bone spei. q̃ calidũ est naturaliter. & hz humoꝛez actualẽ subtilez ex q̃ generaꝫ multi & boni spũs. sz tñ talꝫ nõ gaudet nisi i sensibilib;. q̃ vinũ suo vapoꝛe obturbat cellã logisticã. ita vt discurrat spũs inter oꝛgana sensuũ et per mediã capitis vacuitatẽ. & nõ repsentãt nisi sensibilia Et hec est cã q̃ ebrijs videꝫ q̃ moueañ ea in quib; sunt ꝓpter spirituũ discursum ex caloꝛe vini

Decimũ terciũ dubiũ est

Quare intellectualia diuina rõnalia & honesta minꝰ sen tiũtur delectabilia. & ꝓtraria hoꝝ minꝰ tristãtia q̃z sensibi lia & humana & vtilia. & aliqñ inhonesta. cũ tñ illa multo et incomparabiliter sm se magis delectabilia sint istis

Solo. hoc est ex eo q̃ sensibilia & humana pticularia et vtilia sunt coꝛpaliter in spũ q̃ a corde ꝓcedit repsenta ta. & ideo afficiũt fortiter & ꝓpriꝫ sm delectatõez vel tri sticiã eis coꝛpꝰ qđ coꝛpaliꝫ & coꝛpali spũ mouẽt. Sz intel lectualib;. & rõnalib;. & honestis nõ ꝓpatur coꝛpus. eo q̃ sint in spũ coꝛporeo. & ideo parũ mouẽt maxime eos q̃ cir/ ca abstracta & simplicia & incoꝛpalia nesciũt attẽdere Et hec est etiã cã q̃re vt frequẽter vincũt delectatões coꝛpo rales & euertũt delectatões ꝓtutis honestas & diuinas

Decimũ quartũ dubiũ ẽ

An dispões cordiũ in fuga vel imitatõne sint eedẽ. vt debilitas coangustatõi seu ꝓstrictõni cordis. & vigoꝛ cor dis dilatatõi & ãpliatõi Solo. licz pmo silitudine habe ant cordis debilitas & coangustatio eiusdez. & silr vigoꝛ cordis & dilatatio eiusdẽ. nõ tñ identitatẽ q̃nimo q̃ntupli ci dr̃a secernũtur. Prima q̃ vniũ coꝛ nõ sp ꝓcomitaꝫ ad alterꝫ. nõ em̃ ois q̃ in corde est debilis. est tristis vel angu stiatꝰ. nec ois tristis est timidꝰ vel corde debilis. sicut nec ois q̃ hz cor vigoꝛosiuz ẽ letꝰ. nec ois q̃ ẽ letꝰ hz cor forte et vigoꝛosum. Secda dr̃a est i definitõib; eoꝝ. Timiditas em̃ q̃ est cordis debilitas definiꝫ p res formidatas. etiam qñ nõ sunt sufficiẽs cã timoꝛis seu formidatõis. & tñ tole rari nõ pñt. Formidolosus vel timidꝰ est q̃ ea q̃ timẽda et nõ timẽda sunt cordis infirmitate tolerare nõ pt. An gustia vero cordis definiꝫ p tristãs Angustiosus em̃ est quẽ angit in corde id qđ modicã hz cãm tristicie. ex eo q̃ tolerare nõ pt ꝓpter apparẽtem iniuriã illatã. Tercia aũt dr̃a est sumpta ex ꝓcomitãtib;. Fuga em̃ sp seq̃tur coꝛ/ dis debilitatẽ q̃ est timiditas. & ideo coꝛ in timoꝛe nõ mo/ ueꝫ nisi sm systolẽ. angustiã autẽ seq̃tur vindicta. cũ nõ pt tolerare iniuriã. & ideo qđẽ coꝛ mouetꝫ sm systolẽ. & postea sm diastolẽ qñ vindicat. Quarta aũt dr̃a est effectꝰ eo rũ in coꝛpe. debilitatẽ em̃ cordis q̃ est timiditas seq̃tur re missio caloꝛis naturaliꝫ & dñiuz frigiditatis Angustiã aũt cordis siue tristiciam seq̃tur accẽsio caloꝛis & feruoꝛ spũs Quinta ꝓ dr̃a sumiꝫ in ꝓparatib; coꝛ ad vtrũq; istoꝝ Humia em̃ tenuitas & paucitas spũs parat coꝛ timiditati sz spissitudo spũs & accẽsio parat coꝛ tristicie & angustie et ideo aĩalia hñtia magnũ coꝛ & spũm paucũ & sanguinez frigidũ sñt timida multũ sicut lepꝰ. Hatẽria aũt coꝛ ma/ gnũ & spũm multũ & spissuz & sanguinez calidũ sñt valde ferocia & audacia. & de hoib; est silr. Cuiꝰ cã est. q̃ cum spũs sit tenuis & paucꝰ recurrẽs ad coꝛ magnũ. retineꝫ in eo & nõ calefit. & ꝓpter hoc sanguis ẽ frigidꝰ & remanẽt il/ la aĩalia ꝓstricta. Cũ aũt coꝛ magnũ est & spũs multus & calidꝰ q̃n sanguis & spũs ad coꝛ recurrũt. ibidẽ calefiũt & subtiliañ. & tũc impetu egressus implẽt totũ coꝛpꝰ & mo uent ad audendũ. Et hec est cã q̃ qđã in pncipijs bellorꝝ terribiliũ tremẽtes & pallidi sñt. postea vero calefacto san guine & spũ in corde fiũt audaces vltra modũ & irati. ois em̃ ira p ꝫ q̃ tristicia q̃dã est pmo qđez hz motũ systoles cordis. postea aũt in vindicta mouet coꝛ sm diastolẽ In his aũt ꝓsiderãda est multũ ꝓsuetudo. ꝓsuetudo em̃ sibi facit succedere in corde silꝫ passiones. ita q̃ tristicia seq̃t

triſticiã. z timor timorẽ. z vigor cordis ſiue audacia audacitã. z ita ẽ i oib⁹ alijs Sicut ei loc⁹ q̃ calefieri ꝓsueuit citi⁹ calefit. z in cãtaphora ſiue ſyphonib⁹ ſeq̃t aq̃ aquaz ꝑmo attractã ꝑ inſpiratõem ſiue ſucceſſionẽ. ita triſticia ſeq̃tur triſticie ꝓsuetudinẽ. z gaudiũ ꝓsuetudinẽ gaudij. z tõ ſoli tarij frequẽter melãcholici z triſtes efficiũtur. z querſantes cũ iocũdis z letis mutanť in ſanguinis naturã.

Decimũquintũ dubiũ ẽ

Quot z q̃ ſt̃ q̃ naturaliter ſeruãt gaudiũ Solo. duo Primũ ẽ tẽperãtia ſpũs i ſua ꝓplexiõe Scõm aũt ẽ larga materia. eo q ſpũm tẽperãt loco ei⁹ qõ diſſoluti ẽ de ſpũ ipm ſpũm reſtaurãs. z q ꝓſeruet ab his q̃ diſſoluũt ipm ꝑ modũ violẽtie. ſic facit labor z mot⁹ imoderatus z balneũ calidũ z lõgũ. z hmõi. diſſolutõez ãt ſpũs ꝑcipue duo cãnt. ꝑmũ eſt ſubtilitas z mobilitas. q̃b⁹ caliditas ei⁹ nimis ꝑparat ad dilatatõem. z ideo dilatãdo ſe euaporat et deficit. Scõm aũt eſt q fortẽ nutrimẽtũ qõ reſtaurare debuit natum eſt mouere ad aliã ptez q̃ ad eã ad quã dilatať ſpũs. z tũc nõ reſtaurabit eũ z diſſoluet.

Decimũſextũ dubiũ eſt.

Qui ſt̃ effect⁹ triſticie frequẽtis Solo. duo. ꝑm⁹ eſt debilitas ꝓtut̃ naturaľ. Scõs ẽ ſpiſſatio ſpũs q̃ accidit ex frigore ꝓpmẽte ipm i cordeTũc em̃ icipit ex eo extingui calor naturaľ ꝑ multã ipi⁹ retractatiõem z ſpiſſationẽ. ſicut et iã aer ſpiſſat⁹ mutať ad naturã aq̃ vľ terre

Decimũſeptimũ dubiũ

Utrũ ex diuerſitate ſanguinis ſicut ex diuerſitate ſpũs in motu diuerſificať mot⁹ cordis Solo. ſic. licz dz̃ter Primũ pz. q ſanguis aq̃ſus tenuis clar⁹ aptat cor debilitati z formidini z timiditati. Cui⁹ cã eſt. q ſpũs q̃ fit ex tali ſanguĩe grauis eſt ad mouẽdũ exteriora membra. Eſt aũt hic ſpũs pue acceſſiõis. eo q ſit frigid⁹. z qõ aptať ad gaudiũ vel ad irã ẽi quo valde motu. ex ſua ãt tenuitate taľ ſpũs facile diſſoluť. z ex ſua frigiditate ꝓtigit ei q ẽ valde pauc⁹. Sãguis ꝓ clar⁹ diſpat⁹ aut diſtẽperat⁹ in calore q̃ eſt gracilis ſpume citrine eſt multũ accẽſus. z tõ cor aptat iracũdie feruẽti ꝑ ter ſpũm ſilis ꝓplexionis. q̃ generať ex eo. Hic em̃ ſpũs eſt choleric⁹ hñs calioris feruẽtis imobiles ꝓprietates Sz ſanguis groſſus turbid⁹ z diſtẽperatus aptat cor triſticie z iracũdie ptinaci. ſed triſticia fit ꝑ ter turbidũ ſpũ q̃ generať ex tali ſanguine. Ira fit ꝑ ter velocitatẽ acceſſionis ei⁹ circa cor. ptinacia aũt ire fit ex hoc q eſt ſpiſſus. ſpiſſum em̃ calefactũ nõ cito frigeſcit. Sãguis aũt flau⁹ z tenuis aptat ire nõ ferventi nec durãti. q ſpũs generat⁹ ex tali ſanguine nõ accendiť z cito extinguiť. Cor aũt hñs ſanguinẽ groſſuz nõ turbidũ cũ fuerit multi caloris. qõ tñ rariſſime euenit. ꝑ ter calorẽ q ſubtiliat z nõ ꝑmittit ſanguinẽ in ſua groſſicie ꝑmanere. cũ tñ euenit aliq̃n nõ erit cor illud nõ ꝓ tri ſtabile z audaciſſimũ z fortiſſimũ. z minorať ira ei⁹ q leticia ei⁹ ꝓfringit iram. ſicut ecõuerſo. Triſtitia cor ire adaptat. ira em̃ eſt in repellẽdo. triſticia aũt ꝑm aliq̃d. Letitia aũt ꝑm aliq̃d ſui ꝓprať ad delectatõem. z delectatio ꝑter appetitũ quẽ hz ꝓprať attractõi z delectatõi cuidaz. Ira ğ talis nõ fit niſi ex magnis cauſ. z tũc eſt rigidũ in ira ꝑter ſpiſſitudinẽ ſui ſpũs. z ideo eſt pui vel nullius timoris. Cor aũt qõ eſt hñs groſſuz ſanguinẽ nõ turbidũ diſtẽperatũ in frigiditate erit. nec erit multũ cõtriſtabile. nec multũ letũ. neq̃ multũ iracũdũ. z ẽ timor ei⁹ nõ multus. Cui⁹ cã eſt. q cor tale ſtolidũ eſt in oib⁹ ſpũs em̃ generat⁹ ex illo ſilis ẽ illi in ꝓplexiõe. z h̃ facit ſtoliditatem. Hñs aũt ſanguinẽ groſſuz z diſtemperatũ in frigiditate erit z triſte. ſolitudinẽ amãs z q̃tẽ. z ſegnis ire. niſi ſit ex magna cã. z ira ei⁹ erit min⁹ ꝑmanẽs q̃ ira hñtis calidũ ſanguinẽ. dũmõ ſit ſilis iſti i oib⁹ alijs. erit aũt ꝑmanẽtior ira ei⁹ q̃ ei⁹ q hz ſpũm tenuẽ. erit aũt memor hic iniuriarũ. licz nõ vlciſcať ſepe. z h̃ ꝓtingit ꝑter firmã impſſionẽ formẽ nocẽtis in extimatõe. z ꝑter groſſitiẽ ſpũs retinẽtis eandẽ. Ira em̃ aliq̃n eſt ꝑmanẽs. ſz tñ mot⁹ ad imaginatõem vindicte nõ mult⁹ eſt ſz fortis. Vñ ira q̃ ẽ talis diſpõnis q nõ cito recedat tũc forma ei⁹ nõ q̃ſcit in imaginatõe. ſed deleť ſtatim. z tũc de cetero nõ accidit ei imaginatio iniurie. Scõm pz ſcz q diſpõ ſanguinis eſt cã remota. ſpũs aũt ꝓpinq̃. q ſpũs ſplẽdes pur⁹ tpate ꝓplexionis inter tenuitatẽ z groſſitiẽ mediãs ex ſanguine reſoluť. et eius vnde reſoluť naturã ſapit

Decimũoctauũ dubiũ ẽ

Quot et q̃ ſt̃ q̃ facta vindicta irã ꝓſequũtur So°. duo q̃ ipediũt etiã iniuriaz recordatõem. Primũ ẽ retractio toti⁹ aie a motu vindicte. Scõm ẽ q tũc nõ imaginať et reuoluit iniuria recolẽdo illatã z ꝑmẽdãdo eaz memorie. Cũ em̃ q̃ſcit vindicta illata tũc nõ imaginať irat⁹ de cetero. nec apperit vindictã. ſz ꝓtutes appetitiue z motiue retrahũt vires apprehẽſiuas z ecõuerſo. z exterior⁹ vis retrahit interiorẽ. z ecõuerſo. ſicut dcm̃ eſt alibi. Accidit ãt aliq̃n q cũ mot⁹ valde intendiť ad vindictaz. z aial oino obſtat ei. eo q tũc reputat ſe obtinuiſſe qõ voluit. tũc ſedať impet⁹ z tũc deleť forma iniurie ab imaginatõe z memoria iniuriaz. Et ideo nemo vlciſcit in pueros. q nõ reputat vltio ſumẽda q̃ tã facilis eſt ac ſi iam ſumpta ſit

Quia determinata ſunt

que ex pte ꝑmoz ꝑmoz mouẽtiũ dicẽda videbanť tã in aia q̃ in corpe. Reſtat nũc de ipo motu aialis diſſerẽdũ deſcendẽdo ad ſpẽs ei⁹ iuxta libz. ꝓbi de ꝓgreſſionibus aialiũ. qõ vt tãto facili⁹ fiat iuxta ſcripta venerabilis dñi Alberti magni ſoluẽda ſt̃ aliq̃ dubia. ex quoz ſolone eluceſcet veritas tractãde materie. ¶ Primum dubiũ.

Quotuplex eſt mot⁹ aialis in genere. Solo duplex. vnus eſt q̃ in oi aiali inuenit. ſiue ſit pfectũ ſiue impfectũ et hic mot⁹ eſt ꝓſtrictoris in pñtia timoris z triſticie. z generaliter loquẽdo in pñtia nocẽtiũ. q̃ oz alio noie motus ſyſtoles. Alij⁹ eſt mot⁹ dilatatoris in pñtia ꝓfertiũ. per hũc em̃ motũ aial cognoſcit eſſe aial. eo q cũ aiali ꝓuertibilis eſt. Alius aũt eſt mot⁹ ꝓgreſſiu⁹ de loco ad locũ q̃ nõ ꝓuenit oĩ aiali ſed ſolũ pfecto

Secundum dubium eſt

An partib⁹ aialis ex eq̃ ꝓueniat h̃ mot⁹ dilatatoris z cõſtrictoris Solo. nõ. ſed ꝑmo ꝓuenit cordi. vľ alicui cordi. ꝓportõabili. cuius em̃ hoc aliq̃n occultũ ſit. ꝓuincit tñ rõ h̃ eſſe nccariũ in oi aiali. q aliter nõ trãſmutaret ſpũs ab vno mẽbro ad oĩa mẽbra qõ eſt ꝓncipiũ alioz. ſicut dictũ eſt ſupi⁹. Eſt aũt iſte mot⁹ a trib⁹ dependens ꝓncipijs puta a phãtaſia et appetitu ꝓfulis z debilib⁹. eo q niſi taliã q̃ ſic mouenť apprehenderẽt nocẽtia z delectãtia nõ cõſtringerenť ab illis fugiẽdo. neq̃ dilatarent illa ꝓſequendo. Mouet ğ nedũ a potẽtia motiua ſed ab appetitu z a

phātasia p̄ter sensuz.si em̄ sol⁹ sensus sufficeret.tūc oportet motū ee sine determinatōe ꝓuenietis vel nociui. Hec em̄ intentōes nō accipiūt p sensum.licz cū sensibili sint.et ab eo eliciāt p altiorē potētiā q̄ ē sensus exterior. Dē aūt phātasia ꝓfusa z silr appetit⁹.eo q nō mouet nisi ad sensibilis p̄ntia. z cū spūs eoz pauci sint obscuri z spissi.p̄ter frigiditatem repugnāt mobilitati q̄ exigit a sensuū organis p cellulas capitis z iterū si moueāt.nō tñ.p̄ter obscuritatē bñ rep̄sentant in eis forme sensibiliū ad qđ coopant aialia ipfecta q̄ h̄ solo motu mouet raro hñt capita distincta.z ideo habent organū phantasie et appetitus sensitiui imꝑfecto p̄mixtum z coniūctum.

Tertium dubium est

An mot⁹ dilatatōis z ꝑstrictōis sit ꝙpositus ex duob⁹ Solo.nō est vn⁹ simplex qui ꝓtrarietatē ꝓtinuatōi repugnātē.sz ē ꝙpositus ex duob⁹.vno q̄dē q̄ est ex circūferētia ad centr̄z.z altero q̄ est ex centro ꝑ sius circūferētiā.p̄m⁹ est ꝑstrictōis.alius dilatatōis.p̄m⁹ est fuge.secūs ꝑsecutionis. Nō st̄ aūt isti duo mot⁹.aialē motū de q̄ dcm̄ ē cōponēres.mot⁹ recti.qz si essent mot⁹ recti.eēnt lineales z in motu ad cētrū describeret id qđ mouet duos angulos rectos sup̄ centr̄z.z oīno silr essz in motu q̄ est a cētro.ita q̄ id qđ mouet describeret duos angulos in circūferentia Videm⁹ aūt oculi nr̄is h̄ nō ee verū.qz cū mouet aial motu ꝑstrictōis retrahit rota ei⁹ sup̄ficies ꝑ sius vnū p̄ctuz in medio z figurat ꝓcauū dimidie sphere.z cū dilatat iterū extrudit in vna pte pl⁹ q̄ in alia z effigiat ꝙuexū dimidie sphere. Cā aūt huius mot⁹ ꝙpositi ꝑ certo nō est aliq̄ forma elemētaris.sz est aliq̄ resultatio z vestigiū motoris celestis. Si em̄ essz motor forma elemētal aliq̄ absq̄ dubio in ipo motu uenirēt aliq̄ ꝓprietates mot⁹ recti.sicut videm⁹ qñ cadit aliqđ aial.tūc em̄ describeret in loco sup quē cadit duos āgulos rectos Motor aūt celestis nō sic mouet.sz mot⁹ ei⁹ est in gyro z in circulo.z h̄ mot⁹ ē mutans id qđ mouet ꝑm formā sp̄.sz nō f̄m subaz Cū aūt motor inferior nccario sp deficiat i aliq̄ a motore superiori.tūc motor aialis q̄ nō ē celestis sz ē q̄ddā remotū vestigium ist⁹ mul̄z nccario deficiet.z ꝓpue in aialibus ipfectis.cū tñ conat⁹ ei⁹ sit ad imitatōez ip̄i⁹.ō cū motor celestis mobile suū mutet f̄m diuersas formas spheraꝝ motor q̄ est vestigiū ip̄i⁹ mutabit f̄m ꝑmas spheras semisphere siue hemisphereꝝ.qz hec ē dimidia sphera.ꝑme aūt forme q̄ st̄ subales hemisphero st̄ ꝓcauū z ꝙuexū.eo q ille ꝙuenūt eidē.z ex linea ābiente q̄ est diuersaꝝ formaꝝ in diuersis p̄nibus suis inter int⁹ z extra.extra em̄ ꝙuexa ē.z int⁹ cōcaua. Et silr ꝙuenūt ei iste forme ex figura q̄ silr intus et extra hz has duas formas.f̄m has g̃ mobile suū mouebit motor q̄ ē vestigium aliquod motoris celestis Sunt aūt isti mot⁹ etiā f̄m formas luminis z spūs .qñ lumen hz motū pyramidale.z silr spūs.eo q st̄ instrumēta hui⁹ mot⁹ q̄ motor celestis mouet materiā sibi subiectā.z ille q̄ est vestigiū ip̄si⁹. Cōstat aūt q̄ pyramis retracteť in punctū z dilateť in circūferentiā.in cui⁹ cētro medio ē linea q̄ vocat̄ sagitta pyramidalis.in cui⁹ p̄ncipio extremū est dilatatio vltima.z ad ei⁹ p̄ncipiū ē vltima ꝑstrictio.oz g̃ q̄ iste mot⁹ ꝙpositus sit ab vno z ad idē vnū.nō aūt essz ab vno ad idē vnū nisi h̄ essz f̄m illū modū imobile.oz g̃ q̄ h̄ motus sit ab vno z ad idē vnū imobile p̄mū.qđ ꝑcul dubio est centrū cordis vel mēbri qđ ē loco cordis. Ex q̄ inferet corollariū.q̄ inter duos hos mot⁹ dilatatōis z ꝑstrictionis neee est intercidere duas q̄etes ꝓper ꝓtrarietatē z incōpossibilitatē eaꝝ. Errāt g̃ inq̄t Alb.rudes q̄dā z stolidi dicētes in tali motu z in aliis aialiū motib⁹ ee quēdaz circulū.z hūc circulū ee ip̄i⁹ appetit⁹.qñ appetit⁹ p⁹ motū ueh̄a re ipa.z postea ꝑsequēdo delectabiliter venit in rē quā appetit.z sic ꝓcludit circul⁹ in re exteriori.Aut appetit⁹ mot⁹ extra se ad appetibile.reuertit̄ ad seipm̄ z ꝑfruitur illo.z tūc dicebāt ꝓcludi circulū in aīa appetēti. Sz h̄ stolidū ē z falsum.qz f̄m hos mot⁹ fuge nō haberet circulū in re exteriori ꝓclusuz. Preterea sic iste mot⁹ nō hz figurā circuli vel portōis circuli nisi metaphorice.z tal⁹ sermo nō ē phȳsic⁹.sz potⁱ⁹ ē pctīm in ꝓblematib⁹ trāsferre, ad ꝓprietatē positas loquutōes.vt ōz in topicis Aresto.

Quartum dubium est.

Quotuplex est mot⁹ aialiū ꝑfectoꝝ Solo. ꝓma sui diuisione duplex est Quidā em̄ vocat̄ ꝓcessiuū q̄ aial mouet de loco ad locū. Secūs aūt ē mēbroꝝ.sicut man⁹ capitis z aliorū q̄ ꝑter h̄ q̄ cū corpe moueanť mouēť ꝓꝑio motu f̄m diuersa loca z sit⁹.manētia tñ in corpe. Inst hos aūt mot⁹ ꝑfectior est ꝓcessiuus z cōior.qm̄ videm⁹ hūc motum q̄busdā aialib⁹ ineſſe.vt limacib⁹ z ostreis q̄busdam q̄ tñ motū mēbroꝝ aut nullū aut parū habere videnť.

Quintum dubium est.

¶ Quot sint differentie motuum quibus animal tāz q̄ minor mūdus ꝓportiōať maiori mūdo Solo.sicut narrat Apulei⁹ in li.de Platonis dogm̄.septē st̄ motus dñtie. Est em̄ añ z retro.dextrosuz z sinistrosuz,sursuz z deorsum z in gyrū. Et he octo dñtie i celestib⁹ inueniunť.sic in de ce.z mū.oīa dicit̄ Inuenūnť aūt in lumine q̄ est instrumētū z q̄si spūs emissus ab orbe i materiā generabiliū sibi subiectā Mot⁹ em̄ in celo incipit a dextro et regyrat in sinistrū. Mot⁹ aūt latitudinis vocat̄ a stronomicis cū est ab añ in retro. Et mot⁹ luminis ē a sūmo in deorsum.mot⁹ aūt forme celestis est in gyro. Cū g̃ sic sepe dcm̄ est motor aialiū vt ait Plato a fonte celestiū ex ort⁹ sit nō mouebit nisi celestes imitādo motores. Et sic oz in motu ꝓcessiuo istas dñas inueniri vt in oib⁹ aialibus ꝑfectis p se mot⁹ local⁹ incipit a dextro.nisi per accīs ponat̄ impedimētū. vñ hō ꝓponit dextrū pedē in ambulando.z retrahit sinistrum. vñ ista duo ,scilz dextrū z sinistrū st̄ principia latitudinis Ambulatio aūt est mot⁹ f̄m latitudinē.z mouēs in h̄ motu est vis sensibilis cui⁹ motus est ab añ retrorsum.p̄mo in apprehēdēdo nociuū vel ꝙueniēs imitādo vel fugiēdo p appetitū.sed decretū fit a retro in ante.z h̄ est mot⁹ vel ꝑtus mouendi.z desiderū et spūs q̄ ab intus ad extra vt sunt sensus ꝓcedit z expāditur in organa anteriora.p̄cipue motus a sursuz in deorsum.z h̄ est mot⁹ motiue ꝑtutis q̄ affixa est neruis z musculis q̄b⁹ fit mot⁹.h̄ em̄ a sursum capitis est exiens.sz in vltima organa pedū deorsum.In gyro aūt mot⁹ est ip̄ius organi p qđ fit ambulatōis motus Sic em̄ optime q̄ sunt in macrocosmo tā f̄m peripateticoꝝ q̄ stoicoꝝ concrūt doctrinā vt motus p̄mi mouētis p imperiū in aīa et exequētis ip̄m sit a sursum in deorsum z non ecōuerso sicut nec motor celi aliq̄d mouet de suo corpe a deorsum in sursum.sed ecōuerso effluit ꝑtutes motiuas oib⁹ que mouenť in terra Mot⁹ aūt p̄mi organi qđ est cor.z sui instrumēti qđ est spūs fit a retro in añ.oīe nūciū ꝙ est ab ante in retro.z ipa p̄ncipia mot⁹ ꝓma sunt a dextro p sinistrū regyrātia motū z ip̄m crus z pes z instrumēta q̄ faciūt ip̄m motū.mota sunt in gyruz q̄tū possibile ē ip̄is

Liber de progressionibus aialium.

Sextum dubium est

Jn q̄ imitāt motor aialiū motorē celestē Solo. licz nullus motor moueat nisi p similitudinē aliquaz celestis motoris. p̄cipue tñ motor aialiū q̄z eū possibile est celestē motorē imitāt. Et p̄mo qz sicut tota p̄s mouēdia suprēmo inoēs inferiores descendit motores. sic scim⁹ etiā q̄ fm veritatē aliquā sup̄ exp̄ssam z moderatā Platonis z medicoz p̄tutē motiuā ab occipite p̄cedere p nuchā i mēbra inferiora. in q̄ similitudo est cū illo qđ fit in celo Scđo scim⁹ q̄ p̄mū organū mot⁹ est cor mouēs expulsādo ad seip̄m. et hic mot⁹ est silis ei q̄ fit in celo q̄ est fm circulū declīuē qm̄ in illo lumē z radij subtrahūtur generatz z corrupt̄z qñ sol est retro apud capricornū. expādunt aūt cū sol moueat ad cancz. Et p eundē modū spūs subtrahunt qū ad cor redeūt posteri⁹. z īmobilitant tūc organa. Cū aūt fit mot⁹ a retro vbi est cor p̄ius añ vbi spūs z sensus st̄z tūc expādunt spūs z calor ad añ in sensuū. organa z mobilitātur. vel ad motū habilitant. Et ita mot⁹ sensibil ad aiaz est p modū p̄gressionis. z fuga est ab añ in retro. Mot⁹ aūt appetit⁹ p̄cedēs a corde velut imitatōnis est a retro in añ. Silr z⁹ scim⁹ q̄ in celo mot⁹ est a dextris vbi est p̄r⁹ motoris maior. Et silr p oia z fere idē accidit i aialium motu. nisi fit impedimētū mot⁹ p accñs Dextra em̄ ps est in q̄ est habūdātia caloris p̄pter duo. qz licz cor declinet ad sinistrū. cū ventricul⁹ ei⁹ maior aperit i dextrū et expfflat in ip̄m recta dyametro spūm z sanguinez. Sicut etiā videmus in mūdo z in oi loco calorē multiplicari ad quē recta dyametro incidūt radij celestes. Alia cā ē p̄sentia epatis. Cū g̃ p̄t⁹ mouētis cordis sit maior in dextro illud erit p̄ambulatōis. z ideo aialia pfecta p̄ponūt pedē dextrū sinistro. z hō i portādo pōd⁹. dextr hūer sinistro et dexterā manū sinistre in operādo. Et p̄ hūc modum p̄ncipia latitudinis st̄z p̄ma p̄ncipia ad motū tā in celo q̄ in aialib⁹. Jn gyro aūt est formalis mot⁹ celi. z fm gyrū formas p̄uersiōis mutat licz subiecto maneat in eodē loco. Hic aūt mot⁹ est organor. sicut crurū z pedū. qm̄ scim⁹ q̄ hor q̄cūq mouentur fabricata esse in p̄cauo sue sphere. qđ mēbr a medicis vocāt pyris. z receptū intrat in celo p p̄uexū mēbri sphere qđ mouet. sicut pes mouet in cruris pixide. hūs p̄uexū p̄trebri sui. z crus mouet in pyxide coxe in genu ipinges p̄uexū sui p̄trebri. z coxa hz vertebr in pyxide femoris. Talis aūt figura mobilū nō admittit nisi illū motū q̄ aut est circularis. aut circulū imitatur. maxime cū musculus ille in q̄ est sita p̄tus motiua sit p̄posit⁹ ex neruis motiuis q̄ extendūtur ex ipo ad membr qđ mouet. z p̄cedit ab ipo in acumen musculi mediāte chorda q̄ ex neruis p̄currētib⁹ p̄ficit. p quā membr ad suū situ retrahit. Expellit em̄ p̄tus musculi mēbr p neruos extrinsecos ad ip̄m. z retrahit p chordaz q̄ p̄cedēs a fine musculi alligat mēbro. Talis aūt expulsus z retractus ad mīn⁹ facit semicirculū. p̄stat em̄ q̄ si pes circini mobilis īmobili alicui in vna p̄te sui q̄ est altera ps vocata alligē z inferior ps extēdat z retrahat. circulum vel aliquā portiōem circuli describet. Sic aūt est p oia de crurib⁹ z alijs mobilib⁹ mēbris aialiū q̄ in vna p̄te extrudūtur z in alia p̄te īmobilib⁹ manēt alligata Manifestū ē g̃ ex dict̄z q̄ ip̄m organū mot⁹ imitat celestē motū q̄ est circularis. Hec aūt prudētia in hac materia p̄mo inuēta est ínch Alb. a Pythagora. in quā postea p̄senserūt Socrates z Pla. dicētes aie mot⁹ eē celi mot⁹. z hāc etiā opinionē dēa pipatetic⁹ corroborarūt tā Arestotel. q̄ alior.

Septimum dubium est

Utrū mot⁹ mēbror in aiali sit ab aliq̄ p̄mo īmobili Solo. sic. qđ p̄bat Alb. inductōe z syllmo. Jnductōne sic. nā pes mot⁹ mouet a pyxide tibie īmobili z mouet ip̄a. z tibia mouet in pyxide coxe īmobili. et coxa mouet in pyxide femoris īmobili. z sic est de brachijs manib⁹ et alijs mēbris. Syllmo p̄o sic ostēdit. qm̄ scim⁹ p ea q̄ in vij phys̄i. p̄bata st̄z q̄ omne qđ mouet. mouet ab alio q̄dā. et deducit hoc in vij. phys̄i. vsq ad īmobile p̄mū qđ est causa totius motus. z nisi hoc esset̄z p̄cederet in infinitum

Octauum dubium est.

Qui assistant mouētia z mota in motu p̄cessiuo Solo nō assistant motui circulari p̄fecto. sed assistant motui cuidā ip̄ius circini. Primū p̄z. qm̄ nō p̄t habere aial oīno circulare cor p⁹. p̄pter h̄ q̄ sui⁹ motor nō est simplex. sed multiplex. z ideo etiā ip̄m oz esse p̄mixtū z p̄plexionatū ex coribus q̄ recta sunt vocata. eo q̄ sunt rectarū superficiez et rectī mot⁹. Scđm p̄z. qz inter oia recta corpa nō est qđ p̄fectū circulū suo motu scribat. nisi circulus directe. cum g̃ motor aialiū in recto corpe imitet circulū. oz q̄ organa sui mot⁹ habeāt aliq̄ mō figurā circini. Scim⁹ aūt cū circin⁹ mouet fm formā z figurā circini q̄ dat ei esse z spēm tūc pes mot⁹ in supma p̄te alligat⁹ est cuidā centro īmobili circa qđ mot⁹ ip̄e circin⁹ describit circulū. sz si seqret circin⁹ motū sue materie. q̄ forte est lignū vel ferrū. nō describeret circulū. sz linealiter moueret motu recto ad modū grauis deorsum. Jta p oia est inter organa p̄cessiui mot⁹. qm̄ p̄trebr mēbri mobilis mouetur sicut pes circini mobilis. cui⁹ centr circa qđ mouet est sicut pyxis in q̄ est suū p̄trebr. cū g̃ extrudit z retrahit circa cētr. illud nō est dubiū q̄n imitet circulū. nō p modū p̄fectē imaginis. sz partialit z ip̄fecte. p̄p qđ mot⁹ aialis dr organice circularis.

Nonum dubium est

Quare labor z lassitudo icidūt in motu aialiū. p̄cessiuo Solo. qz duo motores p̄trarij sunt in mēbro. z vterq⁹ impedit alū. Motor em̄ forme mēbri vult ire p circulū. z motor materie mēbri vult moueri linealiter deorsum. z ideo incidit pena z lassitudo in eo q̄ hz sensum seu apprehensionē ist⁹ p̄trarietatis. z hic motor est aīa que mouet mēbr fm̄ suā formā contra motorē qui mouet ip̄sum fm̄ suam materiam.

Decimum dubium est.

Quum motus p̄cessiu⁹ habeat duplicē motorē. vnū q̄dez q̄ mouet fm formā. z alterq̄ q̄ mouet fm materiā. quō p̄t esse tpaliter diuturn⁹ Solo. hoc p̄uenit ex nature solertia. ordinātis p̄uidētia r motorē mēbri imitari celū. z celi motores p q̄s est p̄seruatio eor q̄ p̄seruātur fm formā. ne aūt esset̄z min⁹ labor in altero misceat eū ex oīmi spē mot⁹ violēti. vt si vn⁹ generaret difficultatem. alter faceret leuamē. Qđ vt liq̄de videat supponēdū est q̄ttuor eē genera motus violēti. vt dr. vij. phy. puta pulsio tractio vectio z vertigo. q̄z tres magis sunt simplices. q̄rtus ex duob⁹ p̄posit⁹ est. Ex pulsu em̄ z tractu p̄tigo p̄ponit. eo q̄ p̄m⁹ arc⁹ expellit. z secūd⁹ retrahit ad mouentē. Sciēmus aūt q̄ dextr inchoās ābulatōem expellit p̄mū membr ābulatōis. z post expulsionē retrahit ad virtutē motiuā culi mouētis. vt dictū ē in phabit̄z. Ex his aūt p̄pter mea

Liber de progressionibus aialiū

